 intellectu terti⁹ p̄cedit q̄rtus. s̄. q̄ mouet: vt finis respectu p̄m̄t oz  
 bis: z aīa orbis saturni: z eius corp⁹. Deinde donec puenit ad intelle  
 ctum ex quo p̄cedit̄ intellect⁹ z aīa: z corp⁹ lune orbis z vltia itelligē  
 gentia: que. s̄. p̄cedit in eēntia ab itelligētia lune q̄ itelligētia agēs  
 d̄r: deinde ab ista causat̄ plenitudo lune orbis. s̄. mā recipēs ḡnatio  
 nes z corruptionē de agēte itelligētia. i. a colcodea. C. Debet̄ scire  
 q̄ mā d̄r plenitudo lune orbis pro quāto est effect⁹ s̄lis orbis lune cau  
 satuz imēdiate post illū ab intellectu agēte s̄m̄ istos: vel forte d̄r ple  
 nitudiū pro quāto totā s̄berā actiōis p̄plet: z tu p̄s̄dera. deinde p̄se  
 quit̄ ordiū. d. rursus sunt: deinde. s̄. post ḡnatiōē māe mixtionis  
 materiz alijs de causis: vult dicere alijs causis z r̄ctib⁹: z decla  
 rat̄ quō. d. radij nāq̄ s̄derū mixtiōes h̄nt: vult dicere ī potētia acti  
 ua sicut virtus genitua aīaz: q̄bus sunt mineralia z plante z aīa  
 lia. (Et nō opz.) Soluit̄ qd̄ d̄a dubiū: p̄st̄et q̄s dicere quare post in  
 itelligētia actiōis z passiōis nō fuit facta vltēri⁹ aīa itelligētia ab  
 illa aīa: z sic inde soluit̄. d. z nō opz q̄ a quolz intellectu p̄cedat̄ itel  
 lectus ad s̄m̄itū. i. vltēri⁹: h̄ nāq̄ itelligētie d̄nt sp̄e: vult dicere: q̄  
 nō est eadem rō de vltimat̄z de alijs: qm̄ differ̄ sp̄e ab illis: iō ista  
 nō p̄ducit̄ ampli⁹ aīaz: q̄ hui⁹ nāe. ille aut̄ sic. q̄ h̄m̄ō nāe. Sic ap  
 paret̄ solo qd̄nis. (Prz ergo.) Cōcludit̄ ordiū z dispuratiōēz haruz  
 itelligētia. d. p̄z ergo ex istis q̄ in itelligētie post p̄mū sunt decē z  
 orbis nouē. ergo oīa ista mobilia p̄cipia. i. itelligētie mouēt̄ vt  
 finis tñ sunt decē post p̄mū p̄icipiū: vult dicere dato p̄mo p̄cipio.  
 Deinde declarat̄ dispōnēz cuiusq̄ intellect⁹. d. Et sub quocūq̄ intelle  
 ctu tres cōfinēt̄ res. cōputādo ipsuz. s̄. intellectus ipse z aīa orbis: z  
 corpus ipsi⁹. s̄. aīe. Deinde dat̄ quasi cām correlative: quare p̄mū p̄nci

Quart mā  
 d̄r plenitu  
 do orbis lu  
 ne.

pium nō potuit nisi vñū cāre. d. et tō oz in suo pncipio trinitas trinitas  
 possit imaginari pluralitas in p intelligibili: sic repit lra i libro mox  
 & forte est corrupta: vel trāslato: male trāslulit: vt repuro: s; q̄o cōtē  
 q̄ sic ordinari: et iō opz q̄ in suo pncipio pmo intelligibili nulla possit  
 imaginari pluralitas trinitas. i. pluralitas trinitaria nisi vno nō tñ  
 in alio aut opz. v3. put intelligit suū pncipitū z seipsum. z sic q̄ legi  
 ista lra: z tūc apper solo q̄re p̄mū vñū tñ causat: z scdm trinitariū. n.  
 vñū tñ q̄ nō intelligit nisi se reliq̄ aut p̄o quāto intelligit. p̄mū. z  
 se p̄t cāre multitudinē. (Cū resp̄cū sui.) Soluit q̄dā aliud dubiū  
 postet q̄s d̄re: vñū p̄mū intelligit cāre? a p̄ motore vniuersi sit necesse  
 an nāst ens polis? soluit. d. vñū resp̄cū sui p̄mū. i. nā ei? est polis esse  
 necitāo. n. sui eē p̄sistit i alio: nō i seipso: vult d̄re q̄ nā ei? est nā polis  
 actū ab alio est p̄p̄ua z sempiterna. (Ecce s.) Remouet aliū dubiū  
 ex q̄ intelligētia imediata p̄ducta a deo. p̄ducit tria p̄p̄ d̄spōnē  
 multā quā h̄z: qm̄ p̄ illas d̄spōnēs. p̄ducit illa tria. Soluit. d. ecce s.  
 q̄ h̄eres sunt tres diuerset vult dicere. p̄ducere ab illa: q̄ intelligētia  
 p̄mū orbis aīa sui orbis: z suū orbis: vñ nobilior: triū tātoz d̄s nō  
 bilior: attribū. ergo suū p̄ncipiū: sic h̄z lra mea: sed est corrupta: et  
 d̄s dicit. ergo. put intelligit suū p̄ncipiū: z aīa orbis. put intelligit seip  
 sum est corp⁹ orbis inquantuz est apud de seipso: z iō inuestigāda est  
 ista trinitas re: facta: ab illa vñā vñū. p̄cedit in causato q̄ suū p̄nc  
 ipiū sit vnū: z tñ ipsum sit tres res: vt video: z vult dicere qm̄  
 d̄bes h̄ p̄sistere: qm̄ est difficile z forte ly vñ p̄cedit in causato: z  
 cōtinuari cū littera que sequit ita q̄ sit quasi quedā q̄o: que sic vñū  
 tur: vñ p̄cedit in causato: q̄ suū p̄ncipiū sit vnū. i. q̄ deus sit sim  
 plex p̄m esse z virtutē: tunc p̄ litterā sequētem inuit solonē. d. vñū  
 dicim⁹ q̄ a p̄ncipio nō p̄cedit nisi vnū. v3. sba hui⁹ intellectus ex q̄  
 intelligit seipsum: h̄c r̄sio p̄mo aspectu nō vñ esse ad p̄ctā q̄m  
 sed dico q̄ vult dicere. q̄ iō suū vnū: q̄ talis. Et eius nām nō possit  
 mus scire alr: nisi q̄ effect⁹ eius est vnū: vel p̄t tertio illud verbū  
 vñ p̄cedit in causato q̄ suū p̄ncipiū sit vnū. i. vnus effectus q̄  
 eniz d̄ p̄ncipiū vnū: q̄ vnū tñ p̄ducit. est ergo sensus q̄m̄: vñ  
 p̄cedit in causato q̄ eius effect⁹ z efficiēs sit tñ vnū in causando: z  
 tunc verba sequētia sunt manifesta: vñ dicimus q̄ a p̄mo p̄ncipio  
 nō p̄cedit nisi vnū. v3. sba huius intellect⁹ ex quo intelligit seipsoz  
 e h̄ tertia expō est mihi plus appens z vera in se. Betndē vltimore  
 mouet q̄dā dubiū: pot. n. q̄s querere ex quo p̄mū intellect⁹ cāris  
 intelligit: est necio quo p̄t eē a p̄mo. Vel p̄t q̄ esse: p̄mū necio  
 causat q̄to effect⁹ eius p̄t esse cōtingens: z ambo sunt boni sensus.  
 Ad scdm̄ tñ sensus videt. ex quo apparet solo ad p̄mū. vñ dicit. q̄  
 quif euz necio h̄z a p̄mo q̄ intelligat illud: qm̄ in sui nā nō est necio  
 esse: sed ipse de se est polis esse: z polis nō esse: z nō h̄z p̄tate a p̄mo  
 p̄ncipio: imo de seipso. ecce igitur solutio ad formā. Dicit d̄z. n. q̄ h̄z  
 p̄mū necessario causat illud: actū p̄tate h̄z ex sui nā que est sim  
 cōtingēs: ex quo apparet solutio ad p̄mū sensus: negat eniz q̄ p̄mū  
 causatuz sit ens necessario intellectus necessario: sed in sui nā est cō  
 tingens: ideo p̄t esse a p̄mō nisi eniz crederent q̄ necesse esse vñ  
 possit ab alio causari: vt alibi dixi.

**Sed hic** dubitat p̄mo. q̄ p̄mū causatū est simplex ad huc  
 p̄m re. q̄ ad huc nō p̄t p̄ducere multa p̄m re: qm̄ si  
 d̄tō rōnis in p̄ncipio cāris sufficeret i p̄mo nō eēt repugnātia ex  
 p̄te intellectu nri intelligere multitudine. q̄ postet eē cā multoz. C. S. bō  
 dubitat fort⁹: qm̄ si itells ille p̄ducit opz q̄ h̄at tres rōnes: nō nō  
 h̄z nisi duas. intelligere p̄mū a q̄ sit: z intelligere se. q̄ p̄ ipsa duo nō p̄t  
 p̄ducere tertio. s. orbē. Altas q̄es adduxit lib. de itells p̄tra sic: vide  
 eas: q̄ multū p̄ferit ad p̄mū. C. Ad p̄mā dicit d̄z q̄ d̄stictio p̄m  
 modū q̄ apud nouos d̄ d̄tō rōnis est duob⁹ modis. q̄dā scra non  
 fundata in re: nec accepta i re: vt si velle cōsiderare ens q̄cūq̄z pos  
 sez ei fingere rōnis d̄stinctionē isto mō: alio modo vā q̄ accipit a re:  
 z fundat in re. vt si velle est d̄tō rōnis isto mō respectu aīa: q̄ acci  
 pitur a re. C. Ad p̄positū dicendū q̄ diuisibilitas rōnis seu modi in  
 p̄ncipio scdo mō sufficit ad cāndū diuersa p̄m istos: z nō opz q̄ illa  
 sunt d̄sticta re z suboz: qm̄ q̄ sunt diuisa i causatis colligant in cā: mō  
 h̄ d̄tō rōnis bñ p̄t iueniri in scdo ente z nō i p̄rio: p̄t em̄ scdm̄ ens  
 intelligi in quātū intelligēs p̄mū: eo q̄ causat ab eoz: in quātū itel  
 ligēs se. p̄mū aut q̄ est simplr i causatū: nō p̄t intelligi in quātū  
 intelligit aliū a se: z in quātū intelligit se nisi d̄stōne facta: iō est simplr  
 vnū re z mō apud istos: iō tñ vnū p̄ducit. v3. p̄o quāto intelligit se  
 vñ itentio sui est p̄ncipiū q̄ p̄ducit p̄mū intelln. C. Ad sc̄bz dicit d̄z.  
 q̄ diu reputant q̄ ille itells: intelligēdo se. p̄ducit tñ aīam orbis: z  
 orbis suū cāris ab illa aīa imediate: z p̄t saltē b̄ teneri q̄ mēte p̄mū.  
 attamē p̄ nā eē p̄to eē d̄ctō d̄m istos q̄ orbis z aīa sunt vnū col  
 ligatione: iō ille itells: p̄ducit p̄ hoc q̄ intelligit se torū illd̄ colliga  
 tum mediāre aīa illa: sicut i cōposito nāi apper. C. Sz dices a pari  
 p̄t dici q̄ tor⁹ mūdus p̄ducit a p̄mo: q̄ est vnus colligatioe z eē: vt  
 dicitur est. q̄ vel ista postio cōtradicit sibi: vel tua nō est ad mētes ei⁹.  
 C. Dicendū q̄ d̄ctō. facit istud argumentū cōtra illos: vt apparuit i  
 p̄ncipio dubij p̄ntis: attñ possit dici q̄ non est sile de toto vniuerso  
 apud istos: z de isto paruo vniuerso qm̄ entia i toto mōdo sunt val  
 de diuersa vt apper ex op̄rationib⁹: q̄ istud est colligatū ope z effc:  
 ideo forte p̄t sic intelligi: z tu cōsidera melius.

P̄ria dubi  
 tario.  
 Sc̄da.  
 Solo ad p/  
 mam.  
 Duplex est  
 d̄tō rōnis  
 Ad sc̄bam  
 Replica.  
 Solo.

AVERROIS.



De dicimus q̄ oia ista sunt limitatōes phi  
 losophoz antiquoz. v3. Aluc. z Alpharabij z  
 ipsoz sequētiū: z opinio tñ antiquoz est q̄  
 hec sunt p̄ncipia corpa supercelestia: z p̄nci  
 pia corporuz sunt entia sepata de materijs  
 que mouētta sunt corpora supercelestia: z illa corpora  
 mouentur. ergo ea p̄ncipia modo obediēte: z amo  
 ris: z ipsa corpora fuerunt creata propter motuz. Cum  
 enim declaratum sit q̄ p̄ncipia mouētta supercele  
 stia corpora separata sunt a materijs: z q̄ ipsa p̄mū  
 qum 4

## Disputatio

cipia non sint corpora. nō ergo remanet modus quo  
ei possit q̄ ipsa p̄ncipia mouēt corpora nisi q̄ dicamus  
q̄ mobile mouetur modo obediētie: quare sequit̄ eos  
circo q̄ corpora supercelestia sint viua & rationalia:  
& intelligūt seipsa & ipsoꝝ p̄ncipioꝝ mouētia. Cū ergo  
prelibatū sit a p̄his q̄ nulla sit d̄tia inter scientiā & scibi-  
le: nisi q̄ scibile est in mā & sciētia minime: vt declaratū  
est in libro de aīa. ergo si inuenirētur entia imaterialia  
oporteret q̄ ipsoꝝ substantia esset sciētia aut intellectus.  
C̄t̄ declaratū est apud eos q̄ ista p̄ncipia separant a  
mā: prout vult orbis motus cōtinuos absq̄ aliqua fa-  
tigatione seu passione: & q̄ cūq̄ tali modo mouet op̄  
sine dubio q̄ non sit corpus neq̄ virtus in corpore: & q̄  
corpus celeste acquirit sempiternitatē ab eis separatis.  
C̄t̄ declaratū est q̄ ista p̄ncipia separata h̄nt esse  
colligatū cum p̄mo p̄ncipio ipsoꝝ: & nisi ita esset: nul-  
lus esset hic ordo: & oīa ista egregie declarant̄ in pro-  
p̄ijs locis libroꝝ physicoꝝ. C̄t̄ declaratum est cum  
oēs orbes moueantur diurno motu seruantes ordines  
proprijs motuꝝ ipsoꝝ: ideo huius est ratio: & cum  
deus benedictus p̄cipit alia p̄ncipia q̄ p̄cepit alios  
orbes vt moueant̄: & ab hoc p̄cepto consistant celi  
terra: sicut ex p̄cepto regis seu p̄ncipis in ciuitate  
obtinentur omnia cetera posteriora p̄cepta ex regia  
parte ibidē cōmissa. C̄t̄ Sed id q̄ innuit̄ Auic. de pro-  
cessu horum p̄ncipioꝝ abinuicem sunt verba ignota  
apud p̄hos: attamen id q̄ opinati sunt peripatetic̄  
in hoc est q̄ dicta p̄ncipia h̄nt miseratione diuina di-  
uersos gradus & colligationē que est illud q̄ infert̄ ea  
esse causata successiue abinuicē: & omnia a p̄mo p̄n-  
cipio causantur: & aliud non debet intelligi de agente  
& effectu: vel de creatore & creato nisi hoc tantū: hec igit̄  
tur est p̄p̄nquior via ad aduertendū opinionem p̄-  
dictoꝝ hominū: & cōtingent ex hoc errores cōtingen-  
tes p̄dictos p̄hos: vt narrauit Algazel in p̄cedēt̄

## Tertia

95

bus: & diffusius declaratū est in eoz libro: quare nota-  
dum est: q̄ quicūq̄ speculatus est in dictoꝝ libris cum  
cōditionibus necessarijs p̄t egregie cernere veritatē  
omniū istoz opinionū: & non d̄z intelligi de opinione  
Arist. nisi id q̄ dictū est: & opinio sua est summa veri-  
tas prout suus intell̄s fuit finis humani intell̄s p̄cla-  
re de Arist. quare d̄z q̄ ipse creatus fuit & datus nobis  
diuina puisione: vt non ignorem̄s possibilīa sciendi.  
C̄t̄ Est notādū q̄ p̄dicta p̄nt optime ostēdi alio mo-  
do difficillime. v̄z. cūz quibusdā rōnibus: & quāuis sint  
probabiles de seipsis sunt sine dubio intelligibiles per  
accūs: & q̄ probabilia dilectora sunt cōter q̄ demon-  
strabilia ostēdimus viā: vt breui⁹ & clarius poterimus:  
vñ dicimus q̄ vna p̄positionū est q̄ q̄n hō respicit h̄  
apud nos res mūdanas: vt sibi q̄ res que viuē & scien-  
tes dicunt̄ sunt p̄ se mobiles terminatis motibus erga  
volūtates & actiones terminatas ex quib⁹ oriunt̄ multa  
in hoc mūdo. Supposita ergo hac radice: dicim⁹ q̄ si  
ei adiungeret̄ alia p̄positio ad sensuz apparēs. v̄z. q̄ ce-  
li mouent̄ de seipsis motib⁹ terminatis ex quibus ter-  
minantur inferioribus entibus multa terminata opera  
& ordines: in quibus dicta entia cōsistāt. d̄z ergo cōclu-  
d̄i ex istis duabus p̄positionibus q̄ celi sunt corpora vi-  
ua rōnabilia. qualiter tñ patet q̄ ex ipsoꝝ motib⁹ ope-  
ra terminant̄ a quib⁹ causat̄ cōseruatio inferiorū entū:  
hoc satis manifestū est cū speculatione modica: nisi em̄  
sol aliquoties propinquus nobis esset: & aliquoties di-  
stans dum in suo circulo obliquo mouet̄ non habere/  
mus in hoc mundo quattuor anni terminos: sicut mo-  
do habemus ordinatū in mūdo: neq̄ inuenirent̄ plan-  
te: neq̄ aīalia: neq̄ sequerent̄ ḡnationes rerū ḡnabiliū  
modo cōsuetō. verbi gratia. q̄n sol a nobis distat & ten-  
dit erga meridionalem partem refrigidatur aer septē-  
trionalis partis: & sunt pluuie: & multiplicatur elemē-  
tum aquosum: & in meridionali parte multiplicatur

elementum aerē: et in estate totū contrariū reperit: ista opera a sole pcedētia: et sua ppinquitate et distantia a nobis in quolizente aperte in mundo apparent: et similitur de luna plurima vtilia sunt pcedentia: etiam ab alijs planetis syderibusq; multa ardua et pctosa cōmoda diuina potētia influuntur in hoc mūdo: licet opera quinq; planetarū et aliorū syderū nō tñ manifeste appareant: quilibet nanq; ipsoꝝ circulus h̄z obliquū: et facit quattuor tēpora in suo circulari motu. Et est notādū q; principaliter superius ad causandū predicta cōmoda est motus diurnus a quo dies et noctes fiunt: vnde qñ quidē itelligēs homo talia ordinata regimina respicit et qualiter distincte a corporū supercelestiūz motib⁹ pcedunt: et v3. qualiter stelle seu planete moueant terminatis motib⁹ et terminatis figuris et terminatis partibus facile pōt iudicare q; talia opera necō cauānt ex vitijs intelligētibus motorib⁹. Et valde pōt de hac informatione administrari. v3. multa paruulorū et viliūz corporum turbidorū nobiscū inuentorū que vita non carere imo cum toto ipsoꝝ defectu et vilitate eorū substantie paruitatis illoꝝ quātītatis placuit deo glorioso istuere in eos vitam et rōnem ex quibus possit ipsoꝝ esse regere et conseruare: vt prius fieri pōt. Tātō ergo melius q; supercelestia corpora dignissima sunt tale munus ab ipso deo benedicto recipere. v3. vitam et intelligentiā cōsiderato magnitudine corporū et substantiarū eorū ignorant: et respectu regimine eorū nobilium corporum viuorū nobis presentū q; ipsa corpora debeānt esse viua qd est sine dubio error eorū hominum: q; regimē viuorū a vitis debet pcedere. s. a vitis nobilitas bus rectis in vita et discretionē. Unde qñ homo dicitur et respicit ista corpora magna et viua et rationalia nec circuentia: et meditatū in quadaꝝ tertia ppositione. s. q; prudentia ipsoꝝ in nobis non reducitur aliquo modo

in quoddā cōmodū ipsoꝝ pōt aperte notare q; dicta principia precipiunt a p̄io principio de his motib⁹: et q; ipse p̄ceptor nō est corpus neq; virtus in corpore. Cōsiderabatur ergo istis notandum est q; non decet q; sit creator horū corporū: et principium ipsoꝝ esse simul esse interiorū corporū: et q; humanus intellectus caret sine dubio cōprehendētia esse orbū. Idē est de n̄iq; finis intentionis p̄horū in corporibus supercelestibus in assertione ipsoꝝ primi principij: et q; non est corpus neq; virtus in eo.

Post q; dicta est opinio istorū: vult mō adducere Auer. opinionez veroꝝ p̄p̄oz et ordine orbū: et disputatiōe ipsoꝝ et motorū eorū: et quō colligant cū p̄io: et vñ apparet effectus opiniois p̄dicte: vñ. d. dicitur nos q; oīa ista sunt limitatōes p̄horū antiq̄z. v3. Ziv. et Zilpha rabij: et ipsoꝝ sequentiū: vult dicere q; ista opinio credit esse ad m̄ rem antiquorū: non tñ est. ideo ponit illā. d. et opinio tñ antiquorū est q; hec vult v̄ceret: motores celoꝝ: et sunt p̄cipia corporū: celestia et p̄cipia corporū sunt entia sepata et materijs. ergo sunt ista principia separata: et syllogismus est in prima figura sic. principia corporū celestium sunt separata: motores celestium sunt principia illorū. ergo separata: h̄ igit est prima p̄positio quā vult habere cōtra eos qui ponunt alio in esse corporib⁹ illis: neq; eē eis veras form. s. Deinde vult remouere aliū erroꝝ per aliā p̄positionē: alius em̄ erroꝝ fuit q; aīe celorum trahunt ab intellectib⁹ separatis que mouēt eos eo modo quo finis mouet agēs: cōtra istud p̄bat istā p̄positionē. s. q; illi motores mouēt p̄ cōplacētia: et corpora illa mouent tanq; obediētia et syllo cōponit sic: quecūq; mouēt aliqua que nō eis p̄sistūt. s3 mouent mota ipsa mouēt gra amoris et cōplacētie. et illa mouent p̄ obediētia: s3 motores illi separati respectu corporū celestium sunt h̄mōi. et 3o conclusio illa dicitur sequit. d. ergo: que. s. principia sunt mouētia corpora celestia: et illa corpora mouent: h̄ est v̄tus minoris: et s̄fert conclusio nem. d. q; ea principia nō obediēt: et amoris: vult dicere mouēt: et corpora obediēt: et tūc est p̄do. Deinde p̄bat minorē quantum ad istā partē. s. q; corpora illa mouent: et pōt syllo sic cōponit: que sunt creata p̄ moueri sunt nata: mouerit cū obediētia: s3 corpora celestia sunt facta p̄ motū. s3 sunt nata mouerit maior: est manifesta: aliter essent p̄cora et sup̄ia: minor aut accipit h̄: tanq; nota: et h̄mōi tantū reidū: et inde p̄bat idē p̄ v̄tū alio modo: s3 sit quasi virtus p̄ficis: et p̄oret sic cōponit principia separata a m̄a et a corporē: et simpliciter imp̄aribilia mouēt amore et intelligētia corpora mota: et corpora mota obediēt: s3 motores orbū sunt h̄mōi: ergo vt supra. vnde huius ponit minorē et cōclusionē. d. eū em̄ declaratū sit q; principia mouētia supercelestia corpora separata sunt a materijs: et ista principia nota sunt corpora ista est n̄mō: non ergo remanet modus q; dici possit quo

ipsa principia mouet corpora nisi quod dicamus quod mobile mouet motum obediens. Et hoc est potentia potentis. Debes scire quod motores orbium sunt separati mouet per amorem intelligentiam et complacentiam: amor enim quod dicitur amari per motum: quod non potest amare amore intelligentiam nisi in se. separati sunt in triplici modo: primo in intentione: quod dicitur quod intentio primi est seruare entia in suis dispositionibus: et in mouendo exequuntur intentioni primi: id est complacentiam et sic mouet per complacentiam: et hoc est facta in questione de intellectu: legentiam et complacentiam. Et tibi. s. in de substantia orbium: ubi dicitur forte post. Secundo debes scire quod corpus celeste mouet obediens: et non resistit motori separato. Immo materia inclinatur ad motum illius: eo quod factus fuit per motum illum: ut colligitur ab Averro. hic. 2. 3. co. sibi celi. ubi obediens proprie est sine resistit: et trahi ab alio: et corpus sic trahitur: id dicitur obediens: et mouetur. Et tunc occurrit dubium: quod tunc mouent in instanti: quod per motum dicta Averro. intelligitur mouet per motum: et per motum sue potentie: ergo si mobile nullo modo resistit eis: morus erit in instanti: quod successio in motu causatur: vel a resistit media vel mobilis: ut. 4. phy. sic. co. 71. dicitur est. Et dicitur quod ibi est resistit: quod celus est corpus actuale: et tunc per excessum: ut dicitur in questione de resistit: ubi dicitur resistit intelligentie: quod est corpus actuale: et tunc per excessum dico corpus actuale: quod corpus in potentia: sicut est forma corporis substantialis materiae: corporis nulla resistit: sed ad motum: sicut nec materia: quod est illimitata ad omne ubi: quod igitur celum est corpus actu ultimam actualitate: id impossibile est: quod est sub. a. et sub. b. ubi est nulla et querenda causa: quare resistit: nisi quod corpus actuale ultimam per se. Et hoc dicit Averro. 7. phy. solutes per se. q. d. 2. forte hoc accidit ex diuersitate naturarum: mouentis que non sunt in materia in nobilitate per magis et minus et diuersitate naturarum: corporum que mouentur ex eis: ecce quod per se solu. presens. Et tunc dices si resistit: ergo non obediens: et ergo destruit opinio Averro. hic. dicitur quod duplex est resistit: quedam cum inclinatione ad contrarium: imo impellens ad contrarium: et hic affert obedientiam: sicut apparet in homine qui trahitur violenter in aliquo: quedam cum determinata pausa sine obedientie: non tamen inclinatione impellente ad contrarium: si quis enim imperat mihi ut yada ad eum: et ego yado libenter: contrarium est quod non yado ad ipsum in instanti: ipse apparet meum instanti quod non media est limitata ad certum motum: per hoc non dico: inobediens: ita in proposito celum obediens intelligentie: eo quod non inclinatur ad contrarium: stramen sua natura: quod corpus limitatur ad motum tate velocitatis. et istud non aufert obedientiam: ut dixi in exemplo. et de hoc dicitur in questione de resistit celi. Et postquam remouit duas propositiones. s. dicentem corpus celestia esse animata animabus malibus: et dicentem corpus celestia moueri a motoribus separatis trahentibus animas corporum: vel modo concludere dispositionem corporum celestium per veritatem Aristotelis: dicitur. quare sequitur eos. vult dicere philosophos antiquos. idcirco quod corpora celestia sunt viua et rationalia: et quod intelligunt seipsum: et ipsorum principia mouentia. Et videtur mihi quod innuat hunc syllogismum: omne corpus est forma separata mouente amore intelligentia et complacentia: et ex amore obediens illi motori est animal rationale viuens intelligens se ipsum principium: ergo corpus celestia sunt composita huiusmodi: ergo in primo

figura sequitur cuncto qua hic intulit: maior declarabit: s. sit equaliter nota. minor fuit declarata ex iam dictis: et conclusionem hic posuit tunc. Deinde vult remouere dubium: quod posset quod opinari si corpus celeste est animal rationale viuens: quod intentione eius et eius scia causatur a rebu: et ergo est ceteris accidentibus. Et dicitur etiam ita esset corpus celeste esset hoc: quod nulla esset oria inter sciam corporis celestis et totus: ut ergo remoueat ista dubia: vult declarare quod scia illorum cum scia nostra est equo: et dicitur: et sic erit quod soluta. Et intendit probare hanc conclusionem quod in separatis a materia scia et scibile non differunt: imo sunt una substantia: et scibile est: scibile separatum a materia est unum in substantia cum substantia illius scientie: in separatis a materia omne scibile est separatum a materia: ergo in separatis a materia omne scibile est scientia scientis in substantia: maior declarat: quod scia et scibile differunt modo: eo quod scibile est in materia: quod est velle in potentia quod est actu idiuu: ut dixi in questione de velle: scia autem est separata a materia: sola oria est in modo ratione materiae: ubi ergo erit abstracta in ambiduo remanebit abstracta causa dispositionis scibilis a scia: et sic apparet maior. Et potest scilicet sic compositum scia et scibile solam dicitur a materia scia et scibile in separatis non dicitur modo materiae: scia et scibile in illis non dicitur in scia figura. minor autem alibi declarat. s. 12. meta. text. co. 51. et nolo per nunc innotari in illo. huiusmodi ponit maior: per syllogismum. d. cui ergo plibatur sit a philosophis quod nulla sit oria inter sciam et scibile: nisi quod scibile est in materia et scia minimetur declaratum est in libro de anima. hic fuit maior per syllogismum. Deinde ponit conclusionem principalem syllogismi. d. si inuenirentur entia in materia. opus quod ipsoz substantia esset scia aut intellectus: imo est intellectus. Et dicitur videtur quod scibile in substantia separatis sit separatum a materia: et videtur quod ibi scia et scitum sunt una substantia: esset videtur et de intellectu nostro aliquid: et tunc per euidencia dicitur fecerunt ad quod de intellectu circa finem. Deinde probat minorem syllogismi principalis. s. dicentem quod illa entia sunt separata a materia: et scilicet compositum sic. eo quod agens mouens motum per se in tempore est separatum a materia et corpore esse: s. omnes motores corporum celestium mouentur illa motu continuo et eterno. ergo in propria figura oria illi sunt separati simpliciter. huiusmodi patet minor. d. 2. declaratum est apud eos quod ista principia separantur a materia: putat dicitur orbium motus continuos. s. eternos absque aliquo fatigatione seu passione. Deinde ponit vnum maiorem. d. Et quod cunctis rationibus mouetur: optz quod sine dubio non fit corpus nec virtus in corpore. Et hoc fuit maior: cui accidit etiam addit: et opus quod corpus celeste acgrat sempiternitate ab eis separatis: ut declaratur est in libro de substantia orbium. Deinde redit ad remouendum illud secundum peccatum illud: quod fuerunt quod motores non intelligunt primum. et dicitur: et ita est declaratum quod ista principia separata habent esse colligatum cum primo principio: et ipsoz per quod intelligunt ipsum: ubi syllogismus huiusmodi potest sic compositum: nec motores mouentes per complacentiam et intellectum et amore: ubi colligantur illi: s. omnes motores mouentur per complacentiam amore et intelligentiam: huiusmodi colligantur. huiusmodi ponit conclusio. s. d. et nisi ita esset: nullus esset: ideo probat hoc auctoritate philosophorum. d. et oia ista egregie declarata sunt in libris philosophorum. et ista rationes sunt note per se ex iam dictis. ideo nolo immorari in eis plus. Tertio probat idem: et syllogismus compositum. oia mota que

**Dubitatio.**

**Solutio.**

**Scia resistit le non dicitur separatis. Scibile et scia non dicitur ferunt ratione materie.**

**Replica.**

**Duplex est resistit.**

mouent motu diurno colligant primo principio qd mouet illud mo-  
 ram illo motu: s; oia compa celestia mouentur motu diurno: ergo oia  
 colligant primo principio. huius ponti minor. d. z declaratu est ca em-  
 nes orbis mouent diurno motu seruantes ordines p prios motuum  
 rsoz. id huius. i. illius cölonis est rō. Deinde explicat modū ordi-  
 illoz. d. z cū deus bñdicus pcepit alia principia. i. motores que p-  
 piant alios orbis vt moueant. z ob hoc pceptū pñsit celi z terra. i.  
 pp hoc inur celi. i. supra z terra. i. inferiora: sicut ex pcepto regio s-  
 pncipis in cuius obiectur oia cetera posteriora pcepta ex regia  
 pte ibidē cōmissa. ¶ Debes scire q deus nō est rex: neq; pncipat  
 nisi equivoce: vt dictū est sepe. ideo ista pcepta z oia ista nō sunt nisi  
 equivoce. Nō enī opz credere q intelligētē obediant deo: q; velint  
 obedire: eo q; obedire p supponit possend obedire. modo si nō dispo-  
 nunt p inobedientia: nec possunt disponi per obedientia: q; qd non  
 potest disponi per vnum cōtrariū: nec p suū cōtrariū: vt dixit Aver.  
 12. meta. cō. 1. in fine. sed istud fit eo q; intelligētē intelligat primū  
 z pp illud qd intelligit de illo cū amat assimilari illi: z videtur s-  
 lud sic mouent: z de pcepit p pto causat eos: quoz cē cōstitit in mo-  
 toze. z multū cōfert dictū Aver. in 12. meta. cō. 4. 4. z primo celi cō.  
 54. in fine. z bonū est vt videas illud: qm ista sunt tibi clara. ¶ Et  
 postq; declaratū colligationes p m intellectuē z amorem z cōpla-  
 centiam: vult modo narrare colligationes illoz. p m esse: dicit sed  
 illud qd inuit Zuer. z processu horum principioz adinuicē sunt ver-  
 ba ignota apud ppos: attamen. illud qd opinati sunt peripatetici  
 in hoc est q; dicta principia miseratione diuina. i. prouidentia dei ha-  
 bent diuersos gradus. i. naturas: z habent diuersam colligationem  
 que est id qd in fert ea esse causata successiue adinuicē: z omnia a pri-  
 mo principio causant: z addit: z aliud nō d; intelligi de agente z esse  
 etur vel de creatore z creatoris hoc nū: vult dicere: non sicut intelli-  
 git Aui. ¶ Et debes scire q; Aver. caute vsus est copulatione cum di-  
 xit adinuicē: z a primo: adnotā dū modum quo procedunt a primo  
 q; vt supra declarauit prima intelligētia causatur inmediate a primo  
 rōne cause proxime: vt dictū est: reliqua vero causantur a prima in  
 rōne cāe vniuersalis: z ab alijs in q; sunt proxime cāe. z id vult  
 q; causant adinuicē a primo motore. z istud melius vult dictum su-  
 pra: z nolo plus dicere. ¶ Et postq; dixit hic. vult ponere differētē  
 inter opinionē eius: z opinionē alioz: z dicit. hoc enī est p pncipatū  
 pia ad aduertē dū opinio ē predictoz hominū. pia ergo vna ed q; p  
 opinio ē eius intelligit opinio antiquoz: nō sic p opinio ē illorum.  
 ¶ Deinde ponit scōam vñam. d. z cōtingēt ex hoc. i. opinioē alioz  
 vñam. i. errorē contingētē predictis p b; vt narravit Aig. in  
 pcedentibus: z diffusus declaratū est in eorum libris nō autē op-  
 nioni eius cōtingunt errores. ¶ Deinde dat modum quemodo q; p  
 veritas. d. ¶ Et notā dū est q; quicūq; specular<sup>o</sup> est in libris dicentis  
 cum cōditionibus necessarijs. i. euidentijs firmis potest egregie cer-  
 nere veritatē omnīū istaz opinioū. Aelpōt intelligi euz cōditioni-  
 bus necessarijs. i. oibus requisitis que sunt pfecta speculationi: tempo-  
 rio a negocijs alijs que requirit studiosis. ¶ Deinde declarat quia  
 p b; fuit opinio eius. d. z nō d; intelligi de opinioē Ari. nisi id q; p

Qualr in-  
 telligit itel-  
 ligētias deo  
 obedire.

Ita est: de cōcludi t q; tenē dū est q; illa opio. b. q; opio sua ē summa  
 veritas: hoc pbatur: s; illa sic cōponitur. opinio hoīs cuius intellectus  
 est finis. i. vltimū posse humani intellect<sup>o</sup> est summa veritas. s; opinio  
 Ari. est hmoi. s; illa est summa veritas: s; opinio  
 nobis diuina. pñsiōe: vt nō ignorarem<sup>o</sup> polia sciēti est finis z termi-  
 nus intellect<sup>o</sup> humani. s; intellect<sup>o</sup> Ari. est hmoi. s; minor appet. s; illi nō  
 ponit nisi minorē. d. put su<sup>o</sup> intellect<sup>o</sup> fuit finis hūani intellect<sup>o</sup> de de  
 re de Ari. d. q; ipse creat<sup>o</sup> fuit<sup>o</sup> vbi<sup>o</sup> nobis diuina pñsiōe: vt nō igno-  
 rarem<sup>o</sup> polia sciēti: z sic appet opio Zuer. Et postq; declaratū est cor-  
 pora celestia cō obedientia: z et rōnalia: z q; colligant pncipio tribus  
 modis: vult ostēdere nūc via firmiori illa eē hmoi. z pncipio pncipit intē-  
 tionē. Et est notādum q; p dicitā pnt optime ostēdit alio mō difficillime  
 vult dicere fortissime. v. z cū quibā rōnib<sup>o</sup>: z quib<sup>o</sup> sunt pbabiles de  
 scipio sunt sine dubio intelligibiles p accēs: z q; pbabilia delectabi-  
 liora sunt q; demonstrabilia: ostēdem<sup>o</sup> via vt breui<sup>o</sup> z clarior poterit  
 mus. Nec sunt verba eius in quibus apparer intētio eius. s; declara-  
 tererum illas ppositiones cōtra illos rōnibus pbabilibus: z cā in-  
 tentiōis appetito q; rōnes pbabiles appetibiles: z delectatores.

**Sed** est q; qd intelligat hic p rōnes pbabiles p accidēs intelli-  
 gibles: Et videt mibi q; vna expō pōt accipi ex pmo de  
 celo. cō. 12. s; p rōnes pbabiles intelligat sufficientias fundatas in  
 lem. s; demonstrabilē per se: z hoc est demonstratio vno modo: z alio mō  
 pbabiliorō vt dicit ibidē Aver. alio mō est sufficientia p accidēs rōne  
 demonstratiua p pto pōt demonstrari aliqua ppō accepta in ipsa: z sic  
 intelligit hic Aver. q; arguit p sensata: vt videbis: z in hoc aliq; ppō-  
 biles inductionē demonstratiua: q; fm ipm in summa scōi ptoz. cō. 19.  
 inductione est triplex. s; dialectica z sophisticā z demonstratiua. Loq;  
 do d; inductionē demonstratiua q; h; vñm demōstrationis: vt dicit. 2. p p. cō.  
 20. Dicē dū pto q; illa rō est pbabilis p se: demonstratiua p accidēs  
 p pto accipit ei in q; vñm inductione q; sit ex ppōnibus d; demonstratiua  
 z dicit demonstratiua inductione: cuius ppōnibus sunt simp; necessarij  
 vnde dicit ibidē Aver. in ca. 19. q; differi inductione demonstratiua a topi-  
 ca in hoc q; p dicitū s; vale p se inest s; ro. ¶ g. si ignorares ista rōis hō  
 est disciplinabilissimā posses inducere illā accipēdo vnam vel duas  
 singulares: dicē dū. hic hō est disciplinabilissimā: z hic. ergo oia hominū  
 q; p dicitū inest ē rōnial<sup>o</sup> s; ro: z essentiale est vni in diuiduo vñ<sup>o</sup>  
 p dicitū est essentiale oibus illius: cū sint equalia in illa: id vna vocat  
 inductione demonstratiua: z hoc idē ibidē intelligit ergo hic p rōne pba-  
 bilis inductione: q; est rō pbabilis p se demonstratiua p accidēs.  
 ¶ Deinde apōnit rōnez illam que d; cōponi sic in prima figura. om-  
 ne p se mobile a principio in eo terminatis motibus fm voluntarē  
 z actiones terminatas est vtuens z rōniale: hoc est vna vñ<sup>o</sup> que pōt  
 ē vna sola singulari inductione q; dicitū necessario inest subiecto:  
 z singularē accipit. d. vnde dicimus q; vna ppositionē est q; qñ hō  
 aspicit hies mōdanas apud nos videt sibi q; res que viuē z scien-  
 tiōdicatur sunt per se mobiles. terminatis motibus erga volūtates

Ita opinio  
 Zuer. est ve-  
 ritas: q; se-  
 ritas: q; se-

Quarta qd  
 Quid itelli-  
 git Zuer. p  
 rōnes pba-  
 biles.

Triples in-  
 ductio.

Inductio  
 demonstratiua  
 est ex ppo-  
 sitionib<sup>o</sup> ne-  
 cessarijs.  
 S; vñ inter  
 inductionē z  
 demonstratiua  
 z topicā.

z actōes terminatas ex qbus oriunt multa in hoc mūdo. i. sūt ma  
 ra in hoc mūdo: ephac vna pōt iduci illa vltis: sicut ex ista vna. ignis  
 hic est calefactiuus: ergo ois qñ ppositio illa est necessaria z per se:  
 eo qz p dicitur per se z essentiali inest subiecto: z inde accipit minor  
 rem. d. sumpta hac radice vicinus qz si ei adiungatur alia ppositio  
 ad sensum apparatus. v. qz celi mouent de scipis motibus termina  
 tis ex quibz terminant in inferioribz entibus multa terminata operare  
 ordines in quibz dicta entia cōstitūt. S. ergo pcludit ex istis pposi  
 tionibus qz celi sunt corpora viuā z rōnalia. Ecce igitur quō hōc est  
 inductiuā p pōt maior inductioe vnius rōi. pbabit: z verē nō habz  
 nisi vñ inductiois ista: z sic dōz intelligi. B. e. m. de pbat vltima ptes  
 minoris. s. qz ex motibz terminatis illoz sequunt multa comoda  
 hic inferius: z syllo sic cōponi pōt: illi morz p quos sequunt trāsmu  
 tationes in his quibz vita est: z pmanētia existit alibz cānt multa cō  
 moda hic: s. morz corporū celestū sunt hōi. ergo p cōlo illa est mani  
 festa per se: minor autē inducit per planetaz morz. vñ dicit quāsi nō  
 patet qz ex ipsoz motibus opa terminant a qbz catur z stituitio in  
 ferioz entū qz sunt minor: hoc satis manifestū est cuz psecularioe mo  
 dicantiss. n. sol aliquoties ppinquus nobis effert: z aliquoties v/  
 stans dum in suo circulo obliquo mouet non habet em in hoc mūdo  
 qz rōi terminos āni. sicut mō hōmūs ordīnatū i mūdo. s. ver estate:  
 z reliqz duo: nec inuentent platee: nec aialta: nec sequeret gñationes  
 rerū gnābiluz modo psero. C. s. qm sol a nobis distat z redit erga  
 meridionalē pte refrigerat aer septētrionalis ptes: z sūt platee ibide:  
 z multiplicat elntū aquosuz: z i septētrionali pte elntū aerē multū  
 plicat: z i estate totū cōtrariū repit: z ista opa a sole pcedētia: sua  
 ppingrate z distātia a nobis in quolibet ente apte apparēt. B. e. m.  
 explanat idē in alijs planetis: z primo z luna. d. similr de luna plu  
 rima vtilia sunt pcedentia: tertia exponit idē de alijs. d. etiam ab  
 alijs syderibus planetis multa ardua z pcciosa comoda viuina p  
 rentia insinuuntur in hoc mūdo: z opera quinqz planetarum vult di  
 cere aliozū exceptis sole z luna z aliozū syderum: vult dicere qm  
 rōi nō rñ manifeste appareāt: attamen declarat hoc aliquāsi in  
 alijs. d. quilibet nāqz ipsozū: vult dicere quinqz planetaz circulus  
 hz obliquum z facit quatuoz rēpora in suo circuli motu: vt vltimū  
 est in astronomia. B. e. m. de exponit hoc in. 8. spha. d. est notandū  
 qz pncipalr ad causā dū p dicitur comoda in istis rebus superius.  
 fontius est motus diurnus a quo dies z noctes fiunt. vult dicere: qm  
 sicut id corpus fuit superius ānū ita multitudine stellarum dignitate  
 morozis z religō mouētibz: z iō in istis rebz hz potentia maiorem: pp  
 qd fuit cōtinuus per totā terrā. reliquit autē qz nō sunt ita simpnr  
 cessarij. iō pnt diffomiter circū dare terram: z ideo sunt nobis quā  
 doqz ppinqui: quādoqz remoti. octaua autē spha. cū suis postea z  
 fuit syderibus semp est vniformis toti terre: z vnde quādoquidem in  
 telligēs hōi vult dicere nō hñs caput habitabitū ad malū: nec imagi  
 natū iūp: z cogitātū: nec aliqz dispōne pternālī disposit: talia v/  
 diuina regimina respicit: z quāsi disticta a corpōz supcelestū moti  
 bus pcedūt. vult dicere p dicit vtilitates: z talia regimina. z. v. qz  
 stelle

Rele seu planete mouēt terminatis motibus: z terminatis figuris:  
 z terminatis partibus facile pōt iudicare qz talia operata causant  
 necessario ex morozibus viuīs intelligētibz morozibus. C. B. e. m. de  
 adducit scdm rōnem probabilē. z v. sic cōponi. id qd cōuenit vili/  
 simo sūm aliqā p rētionē eius nō dōz a nobilissimō remoueris: sed v/  
 ta z animatio cōuenit viliissimo. ergo nō dōz remoueri a corpō celesti:  
 qd est pccius alyz h. huius ponit veritatē. d. z valde pōt de hac insir  
 matione ad iudiciali. v. multa paruuloz z vltū corpōz turbido/  
 yuz: nobiscū inuētoz: que vita nō carere. vult dicere. dicit vna.  
 imo cūz toto ipsoz defectu z vilitate sbe eozum: z illozū paruitatis  
 placuit deo gloriozo influere in eos vitam z rōnem. i. prudētia quā/  
 dam ex qbus pnt esse z vite ipsozū seipsa regere z conseruare: z plus  
 vel plus fieri pōt. tanto ergo melius qz supcelestia corpora dignissi/  
 ma sunt recipere tale munus. s. vitam z rōnem z intellectuz. dico il  
 las esse dignissimas considerato magnitudine corporū: z nobilitate  
 sbaz. i. sōmaz: eozū: que oia significant illas substācias valde: vt dō  
 ctum est. 12. meta. cō. 4. 4. pp qd infert. sed multi homines putando  
 sciam habere ignorat. vult dicere istud: qz nō sunt vere scietes: s. ap/  
 parenter. C. Unde debes scire qz apud me ista est transposita. z dōz sic  
 legi. cōsiderato magnitudine corporū z sbaz eozum nobilitate: z re/  
 specto regimine eozū nobilīuz corporū viuozū nobis pntīuz qz ipsa  
 corpora debent esse viuā: sed multi hoies putando scietias habere  
 ignorant: qd est sine dubio error eozum hominū: z tunc apud me vñ  
 qz dicit. vult inuere qz pp duas pccipuas causas deus dōz corpibz cele  
 stibus donare vitam. z prima rō est qz magnitudine corporū: z re/  
 marum dignitate excedit alia h. secūda est: qz regunt ea corpora viuā  
 que sunt hic: z per pleques debēt esse viuā. secūdo videt mihi qz pp  
 hoc remoueat opīonē illoz qui vident scire: z tñ in veritate igno  
 rant: possēt z aliter exponi: sed intentioes sunt vicine. ideo sufficiat  
 istud modo. C. B. e. m. de probat per tertiā rōnem idē. z dōz sic con/  
 ponit. corpora regentia alia corpora vna debēt excellere illa in vno  
 gradu nobilior: z rōne maiori: sed corpora celestia regunt viuā. h  
 ergo erunt discretioza z vite nobilioris: huius nō ponit nisi probatio/  
 nem maioris. d. qz regimen viuozū a viuīs dōz procedere. s. viuīs no  
 bilioribus rectis in vita: z discretionē. C. Debes scire qz vt accipitur  
 pmo Politice: qz cōditio regis z principis dōz esse excellētia pui  
 dentie sensuuz: excellere prudētia z intellectu: pp qd ait ibidem qz  
 dōmīnū est intellectu regens sensus vero robusti corporis. ideo con/  
 cludit ibidem: pncipatuz regalem esse ex vno prudentia regente:  
 z alio robustitate valente. Ex his accipi potest veritas Auger. hic.  
 C. Et postqz declarat totum hoc. vult cōcludere duo: quoz primū  
 est qz omnū est vnus pceptor z pnceps. secūduz est qz ille est se/  
 paratus: nec corpus: nec virtus in corpore. Et primū potest sic pro  
 bari syllogismo in prima figura. oia prudentia aliquāliter imperfe/  
 cta de alijs sine eozum vtilitatibz pōuident pcepto vnius pmi  
 pceptoris z principis: sed corpora celestia prouidentia: aliquāliter  
 imperfecta sunt de rebus existētibz h sine eozū vtilitatibus. iō in  
 prima figura. pceptūtur ab vno pncipe existente in mūdo. vñ  
 in maiori aliquāliter imperfecta. qm deus prouider de nobis sine sui

Ad cōpetit  
 s. aliqua p/  
 sectionē v/  
 lissimo: illū  
 ē composit  
 nobilissimō

Propter  
 duas cās  
 deus corpo  
 ribz celesti  
 bus vitā ex/  
 dit.

Cōditio re/  
 gis.

utilitate: atramē non pp altuz: sed pp se: sed q1 est optim? ideo exple  
dit ab illa maiori: huius ponit minor: c. d. vñ qñ hō dicitur? respicit  
ista corpora. i. celestia z vna z rōnalia nos circue. h. minor. Beide  
ponit maiorē. d. z meditat in quadā tertia ppositione. s. prouidētia  
ipsoz in nobis nō reducū aliquo mō in quoddā comodū ipsoz pot  
aperte notare qd vicia pncipia precipiant a pncipio de his  
motib? Beinde infert scdm. d. z q ipse pceptor nō est corpus nec  
viri? in corp. C. Bebes scire q utilitas seu comoduz pot intelligi duob?  
bus modis. vno mō q sint fins laborū alicuius operatio. alio mō pro  
perfectōe alicuius opantis: qua opatione nō acquirū: sed pferat in  
acquisito eē. Primo mō intelligēdo intelligētie nō mouēt pp eozum  
utilitates: nec comodā: qm motus eaz perpetu? est: ideo nunq fins  
erit eius: z qd mouet tali mō rōne vnius pncipiū mouet. Scdo mō lo  
quendo intelligētie mouēt pp eoz comoduz. vt dicit Auer. 12. meta.  
c. d. 36. z sic nō intendit h: sed pmo mō: z sic soluit ptradictio h: 2. 1.  
meta. c. d. 36. z. 2. celi. c. d. 17. z. 2. vbi dicit q puma infertione mouēt  
pp se: secundaria pp h: qd nō possit intelligi nisi mouerent pp eozum  
comoda. C. Beinde probat illud scdm dicit: z sylus cōponitur sic  
nō decet creatō: z pncipiū hoꝝ cozpoz: z alioꝝ esse de nā cozpoz  
inferioꝝ. i. virtutē in cozpoz vcl cozpus: sed deus est creator z pnci  
cipium hoꝝ: vt dicitur est: ideo apparet ipsuz nō esse nec cozpus: nec  
virtutē in cozpoz. dicit ergo. pzelibatis ergo istis notāduz est q nō vo  
cet q sit creator hoꝝ cozpoz: z pncipiū ipsoꝝ eē simul. i. vnius na  
ture cum esse inferioꝝ cozpoz: h est maior: z addit q human? intelle  
ctus caret sine dubio cōprehēdētia. i. cōprehēdēte eē. i. qditatio  
bium: z hoc vt nobis cōtinu? lz in se semp intelligat. Beinde pcludit  
vltimo intentionē pboꝝ. d. h est deniq fins. i. finalis intentio pboꝝ  
in cozpozibus celestibus in asserctione pncipiū pncipiū ipsoꝝ: z q non  
est cozpus: nec virtus in eo.

Utilitas du  
plex.

Ad gnta.

Hic quero duo. Primo an corp? celeste sit viuēs. Scdo an  
corpus celeste sit ansal rōnale: vt dicit h Auer.  
Ad prima qōnem arguo q nō. cozpus celeste nō est mortale. ergo nō  
viuens. psequētia apparet qm vita z mors opponunt: vt dicit in li  
bro de morte z vita. ergo si non est cozpus celeste natus dūponi pe  
mōrē: nec p vitaz p cām cōtrario: vt dicit. 12. meta. c. d. 51. anis est ma  
nifestuz. h celt. tex. c. d. 20. C. Scdo vita est pncipiū a se nutritiue in ca  
lore nāli: vt dicit pbus in lib. de morte z vita. mō istud nō potūe  
niri in illo. C. In pncipiū est dicit. 12. meta. tex. c. d. 39. vbi ait: z vita  
vtiqz existit: z. n. intellect? actu vitā illud autē ipse actus est actus  
qd hōm se illius vita optima z sempiterna.

Solo.  
vniuers mul  
tipliciter.

Pro solone qōnis breuiter dicendum: q vt dicit scdo de  
aita. tex. cōmē. 15. animatuz ab inanūmāto vita  
differ: viuere autē multipliciter: vt intellectus z sensus: motus z sta  
tus sūm locum: adhuc motus sūm alimētum: istis enim quattuor: mo  
dis viuens distinguit a non viuente: z animatū ab inanūmāto: vt  
pbus ait ibidem. C. Ex hoc sequitur solutio qōnis. s. q cozpus celeste  
viuit duplici vita. s. intellectuā: z hec dignissima est vitā: vt pbi  
z hoc Auer. dicit. 12. metaph. cōmē. 39. vbi ait. hoc nomen. s. vita  
dicitur de cōprehensionē: z cuz actio intellectus est cōprehēsiō. 119

Publici vi  
ta corp? cele  
ste viuit.

actio intellect? est vita. ideo cum corpus celeste sit intelligēs z appē  
rens: ideo viuere ipsum dicimus: z secūdo viuens: vita motiua: qm  
videmus ipsuz moueri motu terminato voluntate terminata: z alijs  
conditionib? seruatis in motu animalis: ideo scitur q viuit secūdo  
gradu vite: istis igitur duobus gradibus viuozū cozpus celeste vi  
uit. hoc apparet secūdo. qd pp hoc animal est: vnde z pbus ibidem  
appellat deum animal sempiternū a quo celum z tota natura depen  
dent: vnde scdo celt cōmētis. 4. 2. z. 71. z. 74. Auer. voluit celum esse  
animal magnuz sine dubio. z istud voluit Auer. plane. 8. metaph.  
cōmē. 12. z in multis locis naturalis pbe. C. Ad argumēta. Ad pri  
mum apparet solo. id. n. verū est de vita vniuoca que pstitit in calo  
z humido. z scdo ē argumētuz nihil est: qm intelligit de viuēte quar  
nō gradu vite vt apparet ibidem.

Circa scdam questione arguo q nō sit animal rōnale: qm  
rōnale dicitur ideo q rōne z discursu vitur  
vel potest vri sūm vñm nominis: modo deductuz est. 3. de anima. c. d.  
26. z. 27. q sbe separate nō possunt cōplexe intelligere. ergo nec di  
scursiue: cui rōnis actus pssupponat secūdu. C. Scdo arguō si sic  
ergo homo z cozpus celeste sunt vnius speciei: probatur quoniam ope  
rationes sunt vnius speciei. ergo z forme. C. Ad opposituz est Auer.  
h. dicit rōndēt latin. maxime Thomas in qōnibus de aia. qōne  
septima. in solutione ad primū. voluit eniz q aia intellectiua z intel  
ligentia differunt specie. z ideo intelligere eozū differūt specie. vnde  
dicit. manifestuz est eniz q intelligere aie z angeli nō est eiusdē spe  
ciei. manifestuz est eniz q si forme que sunt pncipia opationū diffe  
runt specie: necesse est z opationes ipsas spē differre. sicut calefacere  
z infrigidare differūt sūm dīam calozis z frigidozis: spē autē intelli  
gibiles quib? nostri intellectu? intelligūt sunt a phātasmatib? abstra  
ctis: ita nō sunt eiusdē rōnis cum spēbus intelligibilibus quib? an  
geli intelligūt: que sunt eis inate: sūm q dicit in libro de causis: q ois  
intelligētia est plena formis. vnde z intelligere hoīs z angeli nō sunt  
eiusdē spēz: ex hac differētia puenit q angeli intelligūt sine di  
scursu. anima autē cum discursu que necesse hz ex sensibilibus effe  
ctibus in virtutes causa: puenire ab accidētibus sensibilibus. in  
essentijs rerum que nō subiacent sensibus. In quibus verbis appa  
ret qualiter intelligentia est rōnabilis: sicut intellectus hominis lz  
rōnabilitas illius differat specie a rōnabilitate hominis seu anime.  
e per hoc apparet qualiter cozpus celeste ē rōnale per intelligētiā rā  
tionabilitate differēte specie a rōnabilitate hoīs. C. Sed h solo cum  
rōnabilitate peccat in duob?. Pmo q ponit q spēz intelligibiles intel  
ligentia: eis cōcreate sūnt spē z essentiali a spēbus intelligibilib?  
causatis a phātasmatib?. Scdo peccat. eo q ponit intelligētiā in  
telligere p accētia essentiali z sūm rem distincta ab etus eēntia. pnci  
cē impo. pbo: qm vbi spēz representatiua lapidis aie mee eēt con  
genita a deo intentio lapidis per illam z per aliam generatam a  
phātasmatib? nō differat spē. C. Preterea si ita eēt sequit q hō crea  
tus z hō gñatus differunt spē. cōsequē est cōtra illos. hōia autē pba  
tur medio eius qm cā homio creati differat gñe a cā hoīs geniti. er/  
go z effec? illi. vñ sicut valet ei? rō. ita z mea. C. Preterea speciez

Ad sexta.

Pro sancti  
2do.

Impugna  
tio.

 motus vt ascensus ignis sursum: z terre deorsum: z talis natura d̄z  
 ab ipso deo auferri. capiendo ergo naturā prout eam distinit Aristot.  
 in de p̄bīco auditu: sic deus nō agit per naturā. (Similiter.) Ostē  
 dit quomō natura p̄t capi secūdo modo. z hoc mō potest concedi  
 deum agere s̄m naturā. d. similiter aliquādo dicit natura de omni vir  
 tute ex qua quidaz actus procedit sup. ablato actu voluntatis: quaz  
 dicit aliqui q̄ est etiaz in intellectu: z aliqui opponūt illis q̄ non est in  
 intellectu: tamen ipse affirmat p̄mōruz opinionē. d. imo illa virtus  
 scilicet intellectus naturalis agit q̄ procedit ab ea: z per consequēs na  
 tura dicit potest z rationē reddīt. d. ipse enīz p̄bīosophi affimilant eā  
 idē intellectū artificibus qui a seipso mouētur: z ab eisdē proce  
 dunt actus ordinatiz: per consequēs cum intellectu moueat z actus  
 ordinatos producat natura dici potest: q̄ z verbo Aristot. confirmat  
 d. ideo ait p̄nceps p̄bīosophoz. v3. Aristot. q̄ intellect⁹ naturalis

Nota.

Destructio destruc. Zuer. 311



ab eo qđ pōt z vitam daret z animatus ab eo qđ pōt animā daret: et  
 qđ opz vt sit viuens z animatū hoc modo, aliter si nō esset animatū;  
 nec primo modo nec secūdo modo tunc possibile esset: vt z ene ex nō  
 ente: z quodlibet ex quolibet fieret: vt intelligētī patet. ¶ **Secūdo**  
 modus qui nunc occurrit est quez extrari ex antiquis sermonibz an-  
 tiq̄ozū: vbi debes scire qđ primus motor: z est intellectus: z est anima:  
 z est natura: z est prouidentia: vnus manēs semper in essentia: prout  
 enim diuersa officia exercet: diuersa foriturus est nomina, prout enī  
 intelligit: z oīa que sunt possibilīa z acū intellectus dicit: prout aīas  
 germinat z corpora mouet: animā dō illa anima dicit: prout res z for-  
 mas rerum naturalū in mā ponit natura dicit: prout vero prouidit  
 res caducas z generabiles z spherās eternas: sic prouidētia dicitur  
 est. ¶ **Secūdo** debes scire qđ deus nō pōt exercere opera hec nisi pur  
 vnitur diuersis instrumentis vt motor: prout igitur vnitur seminibus  
 animalū: vt sic anima dicit animatiua prout vnit radicebz nālibus  
 ex quibus res nāles procreant. natura dicit: prout nulli corpori nulli  
 magnitudinīqz vnitur intellectus, prout omnibz est p̄sens: sicut vnit  
 principis in toto exercitu prudens. ¶ **Secūdo** itaqz ex his qđ cum  
 sperma in fundo matricis proyicitur: tunc deus vt motor animatiua  
 appropriatur ei: z virtus virtute illa z calore vt corpus formatū:  
 z sic eo formato corpus animatū sic Aristote, appellat virtutē illāz  
 que est deus diuina: z lz de facto sit intellectus: attamē adhuc in hoc  
 opere vim z modūz hz intellectus: vt Auer, inquit, z hec est sentētia  
 Auer, 7. meta. cōmēto illo, 31. si bene verba sua cōsiderent. Adhuc z  
 Aristō, in scdo lib. de generatiōe animalū, cap. 10. inquit, corpus autē  
 geniture, i. sperma in quo semen aīalis principij cōtentiū vna pro-  
 uenit: partim separabile a corpore in quibz diuina pars cōprehendit  
 qualis est que mens appellat, partim inseparabile. i. ita corpore: vt  
 nullo mō ab abstracti intellectus subiectū est: ecce qđ plane z Aristō, hīs  
 verbis hanc opinionē apposuit. Et hoc apparet qualiter argumēta  
 facta nō sūt: z entimema Auer, format in hoc qđ principij dōz cō-  
 tinere totum esse principiati: z ideo si primus motor: nō esset viuens  
 nō cōtineret esse eius: ergo nō posset esse principij eius: aliter ens pos-  
 set ex nō ente: z quodlibet ex quolibet euenire. ¶ **Sed** dices, ergo hec  
 opinio Auer, nō differt ab illa Auer, ¶ **Preterea** in fine cōmētū in qđ  
 qđ mouit Aristō, ponere intellectū separatū ratio virtutū spiritualū,  
 ergo nō ponit intellectū esse principij huius. ¶ **Sicendū** qđ differen-  
 tia horūz est: qđ Auer, coloco deā posuit z eam in hūmā intelligētariū,  
 Auer, aut vult qđ istud nō est necessariū: qm semen sufficit: z primus  
 motor: vt anima semini appropriata. ¶ **Secūdo** differt qm, vult Auer,  
 vt creator formatū esset intellectus: quo homo intelligit: Auer, autem  
 vult qđ intellectus sit infima intelligētariū: z positus ab Aristō, pp intel-  
 ligere tantū: z nō creare formas. ¶ **Tertio** differētia est: qm Auer, ait  
 propterea intellectū debere esse separatū: vt formas creet: Auer, autē  
 qđ ideo est separatus: qđ principium intellectus: omis.

Et sic explicit expositio vndecime disputationis.

Secūdo mo-  
 duo.

Subitatio.

Solo.  
 Bīa inter  
 Auer, z Auer.

Disputatio. 12. Alga. cū p̄bis est in eo qđ reprobat eoz opinionē in  
 eo qđ dicit qđ deus p̄cularia ignorat que ip̄s alit diuinitōe diuidunt,

CDVBIVM PRIMVM



Et Alga. in hoc fere oēs p̄st cōtra  
 dicit: maxime opinātes deū m̄  
 seip̄s scire. adhuc alij p̄parhetice  
 hāc opinionez sequunt manifeste.  
 Auer, enīz qđ opinatus est qđ deus  
 alia entia sciat expresse dicit qđ ea  
 scit vti mō nō aliquo tpe ingredie-  
 re: z cuz toto isto nulluz superiorū  
 entūz neqz inferiorūz ignorat: z sequit qđ sciat particula-  
 ria aliquo mō. Cū nos liuore vitatis cogimur d̄ istis d̄  
 sputare: pp qđ primo ducemus ip̄sōz opinionez clare:  
 postea vero eos arguemus. Inducam⁹ igit p̄mo eoz/  
 plus posituz apud eos. s. qđ sol debeat eclyp̄ari in quodā  
 die futuro: postmodūz lucere. ergo in dicta eclyp̄si tria  
 tēpora inspicieda sunt, v. z. tps in quo eclyp̄sis est futura  
 necessario. Et tēpus in quo erit p̄ns. Et tps in quo pre-  
 terit: pp que tria tempora diuerse tres oriuntur scientie  
 numerales: z successiue in vnum s̄bm venietes que sine  
 dubio inferunt scientis variatōez. Et ideo putant qđ nō  
 est imaginanduz qđ ip̄s deus tres istas cōprehendat.  
 Scia nāqz sequit scibile: quapp p̄mutato scibili p̄muta-  
 tur scia: z p̄mutata scia p̄mutat sciens: sed oīs p̄mutatio  
 cauēda est a deo benedicto, quare dicit qđ ip̄s deus scit  
 eclyp̄sis: z oīa ip̄s comitāta: s̄z mō inuariabili: vt puta  
 qđ sol est z luna: z qđ mouent cōtinue circuli: z qđ ip̄sōz  
 circuli abinuicez intersecantur in duobus punctis qui  
 dicuntur caput draconis z cauda: z qđ ista duo lumina/  
 ria obuiant sibi inuicez signatis temporibus in duobus  
 predictis punctis, v. z. quādo luna interposita erit inter  
 soles z circulos nostros ambobus existentibus in vno  
 duozū predictoz punctoz: z qđ luna d̄c̄m locū petrā/  
 3

sibi quantitate terminata licet sol more solito: & sic a se hie/
rabit eclipari: & ideo talis scientia no infert pmutatone
in deo: neq; variabilis reputari dz. & sic sicut dicit pot de
oibus nouitatibus a causis terminatis aduenientibus
successiue vsq; ad motus orbium: cuius causa est celi aia
que orbis mouet mo desiderij assimilando se ipsi deo
benedicto vel angelis. Sicut dicit de diuisibilit' reb' ma
z loco sicut sunt indiuidua hoium z alioz a talibus: dicit. n.
q; ipse deus ignorat accntia quozlibet ipsoz particula/
riter: sed scit hoiem vli mo: z oia sua contingntia eodez
mo: z quo suuz corpus componit ex pprijs mebris vi
libus pro oibus suis naturis: ita q; nulla vlr ignorat: s;
particularia z indiuidua: vt sol. z calias: q; tm abinice
sensibilib' distingunt: non tm ab intellectu: ergo ipse
deus sine dubio ignorat ea. hec est snia dicte opinionis:
cu qua euelluntur radices oiu leguz sectaruz: stipites:
etiā ab his linunt cuncta verba pphetaruz diuinarū scri
pturaruz: z auferunt totalr oium fidelium spes. Quare
conamur cuz eis feruide litigare z pdicta absurda acer
rime redarguere.

¶ Ut copleat oes ambiguitates accntes in scia primi. vult mo Zuer.
adhuc inuestigare an deus singularia sciat: z pmo vt psequit Zlg. an/
ducit dubiu. z ingt. Zlg. in hoc scire oes phi ptra dicitur magis opi
nates deū tm seipuz scire. ¶ Adhuc alij pparhetici hāc opinionē se/
quuntur manifeste. Zui. n. q; opinat' est q; de' alia entia sciat sup. ex se:
exple dicit q; ea scit vli mo: no aliquo tpe ingrediēte. i. no sub oria ali
cuius tps. Adhuc z cū toto isto ingt Zui. q; deus nullū supozuz en/
tiam neq; inferiorū ignorat: z inde sup. pcludit q; aliquo mo scit ptra
laria sup. saltem in vli. (¶ Unde nos). Hoc in loco cū dixisset opinionē
ppoz: vult cōtr adicere eis. z pmo reddidit cas; sue ptra dicitōis. z ingt.
vli nos liuoz veritatis cogimur de istis disputare: pp qd pmo induce
mus ipsoz opionē clare: postmodū vo arguem' z (¶ Inducam' igit p.)
¶ Incipit mo dicere. z ingt. Inducam' igit exēplū ppositū apud eos. i.
q; sol debeat eclipari in quodā die futuro: postmo lucere: ergo in di
cta eclipi sunt tria tēpora: inspicienda. i. tps in quo eclipis est futura
necessario: z tps in quo est pnoz z tps in quo ptererit: pp que tria tpa
tres diuerse oriunt' scētias: z numerales z successiue in vno subiecto
incedētes que sine dubio infirunt scientiā varietatez. z inde concludit
dunt q; non est im. gin. iduz q; deus ipse istas tres scētias comple/
dat. z reddidit rationē. v. scientia nāq; sequitur scibile quapp permuta/

to scibili permutat' scētia: sed permutata scia: permutat' scētis: sed ois
permutatio amouenda est a deo benedicto: quare dicunt q; deus scit
eclipi z oia ipsius cōmuniter. i. vlr. est ergo virtus syllogisme scētis
particularia mutaf: s; deus no mutat. ergo non scit picularia. maior
pbata est: minor nota est. (S; modo inuariabilis.) Quia cōclufit deū
scire cōter z vlr. illa ostēdit quoz ingt. s; mo inuariabilis vtrpote q; sol
est: q; luna sit: z q; mouent cōtinue circūlr: z q; circūlr ipsoz inter/
secant in duob' pūctis: qui dicunt caput dracontis z cauda: z q; ista
duo luminaria obuiāt sibimutē signatis tibus in duob' p'dictis
pūctis. v; qm luna interposita erit inter solē z oculos nostros ambo/
bus existētib' in vno duoz pūctoz: z qm luna dictū locū p'trāssit
quantitate terminata. i. parua lucet sol more solito. z sic alio iterabit
eclipari. itā cōclūdit intētū. v. ideo talis scia no in fert pmutatōē
in deo: neq; variabilis reputari dz. z tūc addit vlem vna p'pōnē. v.
sic sicut dicit pot de oibus nouitatib' a causis terminatis eueniētibus
successiue vsq; ad motū orbium. cuius cā est aia celi q; orbis mouet mo
desiderij assimilado se ipsi deo bndicto vel angelis. i. intelligētis trahē
tibus eas appropariē: sicut dicit de diuisibilit' reb' loco z mā sicut sunt
indiuidua hoim z alioz a talib'. dicit em q; ipse de' ignorat accntia. i.
ofias accntales quozlibet ipsoz particula: s; scit hoiem vli modo. z
oia sua cōtingētia. i. accntia eodē mo: z scit quo suū corpus cōponit
ex pprijs mebris vtilibus oibus suis nētis. i. cōmodis. ita q; nulla
vlr ignorat: s; picularia z indiuidua sicut sunt sol. z calias: z q; tantū
adinicē sensibilib'. i. differētis accntalibus: sensibilib' distingunt:
no tm ab intellu. i. vt intellu apphēdunt. ipse q; deus sine dubio igno/
rat ea. Tūc summa dicit. hec est snia dicte opinionis cū qua euellunt'
oium radices leguz: sectaruz: stipites: etiā his linunt cuncta verba
pphetarū z diuinarū scripturarū: z auferunt totalr oium fidelū spes:
quare conamur cuz eis feruide litigare: z p'dicta absurda acerrime
redarguere. ¶ Bebes scire vt Themi. inquit pmo vlr. cap. 4. 6. qui
scit causam per effectū impropriā z particularē scit scientiā: sed expo/
sitiō cause. vt inquit. cur ita sit quisq; tota vniuersaliū est: eoz no mo
do notitiā huius vnus de defectuz: quez nūc patit luna: s; simplr oium
cōtinet: nā interētus terre no tantū huius defectus cā est: q; omnū
qui possunt oibus seculis enenire. vltū ergo p'ripat' ticit quos Zlg.
narrat: eum causam scire rerum. ¶ Eg. eclipis lune scie causam pro
quato scit omnia cōcurrentia ad causam eclipis lune vel solis: z qz
causa continet vniuersaliter oēs effectuos: vt Themi. inquit: ideo vlr
scit oēs eclipes: vt cōtinent in causa illa: sed q; vt particulares. sunt
z extra causas cadūt in tpe: ideo singūt eum ignorare eas: z sic patet
sermo eorum. ¶ Adhuc de bes scire vt bene z iuste inquit Zlg. s. tum
erorem de: mus remouere. ppter multa: pmo qm hoc verificato ra/
dices legum z sectarum stipites remouētur. scdo quonias verba pro/
phetarum falsant' z diuinarū scripturarū. tertio auferunt spes omnū
fidelium. amouebuntur radices legum z sectaruz: stipites: quoniam
oēs leges oēs scete fundant in hoc pncipio q; sit vnus primus oium re/
gubernator: z auctoz non tantū vlr gubernans imo z particular. ver/
ba pphetarum z scripturarū sanctaruz: qm pphete loquunt' vltute z
sublimit: z ergo debēt loqui virtute cogitōis: qm cecus cecū ducts

Nota.

Propter

ambo in fouea cadunt vt puerbio dicitur. *Algeri* et spes et qm oca spera-  
mus ex merito beatitudinis consequi. si gmo non est vnus tonoz et maloz  
iudex tota nra spes est frustra: pp qd diuus ille *Algeri* inquit. qd deus est  
bona bona distribuens et mala malis i lib. de bona fortuna: et diuus et  
Plato palam in oib<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> dicitis hoc pncipio apposuit. qre ego no mino  
ri solertia hoc peripatetico petim conabor exterminare qd *Algeri*. ppo  
nat facere: sicqz vitarē nre legis fm posse conabor coprobare.

ALGA. DVB. II



**A**lga peccata istoz reprobanda sunt du-  
pliciter: et pmo naqz dicimus eis qre nega-  
tis dictū dicitis. v. qd deus benedictus vnā  
habeat sciaz: vtputa in ecliphi que infert sci-  
re eum anteqz scit: et qm est et post transitū: he em varia-  
tiones reducunt ad relationes no inferetes pmutationē  
in sciētis sbam: ita qd representet summā relationē. qui  
dam em homo pot permutare situm que hz cum alio.  
U. g. de dextra ipsius ad sinistra vel e conuerso: et sic succes-  
siue veniet in eū relationes: et cuz toto isto homo existēs  
no ex hoc aliquo modo mutat. sicut dicitur intelligi in diuina  
sciētia. v. qd vna et eadē scia sit pterita ab eterno: et futu-  
ra in eterno: et p̄sens sine permutatione aliqua in eodē.  
Id tū qd dicitur qd de necessitate mutatio sciētis sequitur  
variationem scientie: et variatio scientie sequitur varia-  
tionem scibilis tpalis. v. qd dependentis a pterito pre-  
senti et futuro. Dicimus qd no est qd cōcessus: imo petē-  
dum est ab eis nōne pot homo scire aliqd futurū nulla  
permutatione accidēte in sciētia: vt dato qd deus crearet  
nobis sciam aduentus for. in ortu solis cras: et hec scia in  
nobis cōtinuaret: et non innouaret in nobis alia sciētia:  
tunc in ortu solis scimus nos ex dictis precedētibus qd  
ipse modo venire debet: et cū eadē sciemus post summā  
aduentū ipsum venisse. vnde pz ex hoc qd vna scia suffi-  
cit deo in cōprehēdere ista tria a tribus tpib<sup>9</sup> depēden-  
tia. Remanet ergo quid qd dicitur. v. qd relatio depen-  
dens a quodā scibili p̄prio ingreditur quidditatē: falsū est.  
Unde dicitur qd variata relatione variatur res cui rela-  
tio sit eēntialiter: et variata re. s. successiue peruenit mu-

tatio. Dicimus naqz nos qd si hoc esset verū isti sequerē-  
tur vestigia p̄hoz in eo qd dicitur qd deus non scit nisi se/  
ipsum: et qd scire seipm idē est esse eius. si enim scire ho-  
minem absolute vel aial vel brutū absolute: et ista disse-  
runt duabus relationibus: ergo non potest verificari qd  
scientia sit vna et eadē rerum diuersarū postqz relatum  
et relatio variant: et qd relatio scibilis est substantialis in  
sciētia: sequitur ergo ex hoc diuersitas et variatio nō nu-  
meratio tantū: scientia em aialium differt a scientia bru-  
torum: et sciētia albedinis differt a scientia nigredinis:  
ergo variant manifeste: imo qd plus manifestus est qd  
species et genera accidētia vniuersalia infinita sunt mul-  
titudine et diuersa: ergo satis mirandū est qualiter isto-  
rum scientia ingreditur vnam scientiā simplicē.

¶ Cum Alga. induxit opinionē peripateticoz: et eā declarauit hoc in  
loco vult eis p̄radicere solūtes qōnes eoz et inqt. peccata istoz repro-  
banda sunt. et pmo naqz dicimus eis qre negatis dictū dicitis. v. qd  
deus benedictus vnā habeat sciaz: vtputa in ecliphi qd infert eū scire illā  
anteqz sit: et qm est et post transitū. qm dicitur hoc abnegare nō potestis: et  
reddat rationē: et inquit. he enim variatioes reducunt ad relationes  
no inferetes permutationē in sbā sciētis: ita qd. i. tali modo qd illa sbā  
repositur summā relationē intātū qd variet: sicut variant correlatiua.  
¶ Deo scire qd duplex est relatio: quedā realis simpliciter. s. a parte  
vtriusqz extremi vt paternitas et seruitus: et hōmō non potest adueni-  
re alicui nisi mutatione facta in aliquo: vel p̄pterea qd in re cui a due-  
nit apponit quid nouū saltē realiter: qm si her filius: si pater nō mu-  
tetur mutatione absoluta saltē mutabit: prout recipit aliqd accidēs  
reale tenēdo relationē et fundamentū reālū distingui p̄o nūc. Alte-  
ra est relatio realis fm quid. i. a parte vnius extremi: et rōnis a parte  
alterius: sicut resō rei efficit ad creatorē: vt inquit theologi: et hōmō  
nullā penitus relinquit mutationē in eo cui adueniūt: pot g in p̄posi-  
to dici qd cū scia rei sit eē vtz scibilia sint relationes rerū creatorum  
quātūcūqz res ipse mutent scia illa imutabilis semper erit cū relatio  
scibilia ad rei scientiā sit relatio sc̄do mō p̄re: posita: hoc autē Alga.  
exemplo testat: et inquit. quidā enim homo pot permutare situm que  
hz cū alio. U. g. de dextra ipsius ad sinistra: vel e conuerso. et sic successi-  
ue venient in eum relationes: et cū toto isto homo existēs. i. sians nō  
mutat ex hoc aliquo modo. i. aliquis specie motus. Sicut debet itelligi  
in diuina scientia. v. qd vna et eadē scientia sit pterita ab eterno et  
futura in eterno et p̄sens sine permutatione aliqua in eodē. (Id ta-  
men qd dicitur.) Cū declarauit modū et fundamentū quo possibile est  
estimare illā dei scientiā sine mutatione rei. hoc in loco p̄soluit argu-  
mentum Auc. et pmo p̄ponit summam: et inquit. id rāmen qd dicitur

Duplex re-  
latio.

de necessitate mutatio scientis sequit variatione scientie: varia-  
 tio scientie sequit variatione scibilis tpalis. v3. de pendentia a preterio  
 ro presentis z futuro. hec fuit ratio. absoluit z dicit. dicimus qd non est  
 quid cōcessus. vult dicere qd totū est verū preter hoc. l. qd mutatio scibi-  
 tie sequit mutatione scibilis. verū est enim qd si scia mutat z scies: qm  
 scia in sciente existit: quē admodū perfectio in suo perfectibili. Sed nō  
 sequit qd si scibile mutet vt ppter ea z scia mutatione recipiat: z tan-  
 to maxime quāto scia est causa rei scite: qm vbi scibile causa sit scientie  
 sine dubio: bene sequit pmutato scibili z sciaz pmutari: z hoc ostē-  
 dit Alg. exēplo. z inquit. imo pretendū est ab eis: nōne pōt homo scire  
 aliqd futurū nulla pmutacione accide in scientia. vt dato qd deus  
 crearet nobis sciam aduentus Socratis in ortu solis cras: z h scientia  
 in nobis cōtinuaret: z in nobis non in nouet scientia aliqua vsqz tūc.  
 Tūc in ortu solis scimus nos ex dictis pcedentibus. l. ex reuelacione  
 p accepta qd ipse modo venire d3 z cū eadē scimus post suum adue-  
 tum scisuz vnisse. vnde patet ex hoc qd vna scientia sufficit vno in cōpe-  
 hendere ista tria de pendentia a tribus temporibus. Tūc ad formaz  
 qmōis respondens inquit. remanet ergo qd vbi dicitur. v3. qd relatio  
 de pendentia a quodā scibili ppro ingredit quāditate. i. essentiaz scibilis  
 z scientie. fallum est vt ex his acceptū est. (Tūc dicitur.) Adhuc vult  
 eis cōtradiceret: pūmo repetit dictū eoz. z inquit. vñ dicit qd varia-  
 ta ratione variat res cui relatio sit essentialiter. i. variatur scibile: z  
 variata re. si successiue puenit mutatio sup. in scia. ergo a primo ad  
 vltimū pueniet mutatio in ipso deo sciente. huic argumēto non soluit  
 qm iam soluerat: sed obicit eis ostēdens quid sequit ad eos. z inquit  
 dicimus nāqz nos qd si hoc esset verū: tūc illi sequerent vestigia ppoz  
 id est ppariter eoz: veron3 in eo qd dicit qd deus non scit nisi scipm.  
 z dicunt qd scire scipm idē est qd esse eius: z reddit rōnem quare nō  
 pnt dicere aliter: z sua ratio cōstit in hoc. deus non scit particularia  
 vt dicit: neqz vna: ergo scit tantū se. scd3 partē deducēs inquit. si em  
 sciret hōiem absolute: vel aīal vel brutū absolute: z hec differēt duab3  
 relationibus: qm sunt duo scibilia diuersa. ergo non pōt verificari qd  
 scientia vni sit vna z eadē rerum diuersarum: z reddit rationē. d. postq  
 relatum z relatio variant. i. qm apud eos relatio variat scibile: z va-  
 riatio scibilis variat scientiā. ergo si scibilia sunt multe: z scientie erūt  
 multe. z hoc dicit. z qd relatio scibilium est substantialis in scientia: vt  
 dicunt. sequitur ergo ex hoc diuersitas scientiarū z variatio: non nu-  
 meratio tantum: scientia enim aīalium differt a scientia brutorū: z scia  
 albedinis differt a scientia nigredinis. ergo variant manifeste z addit.  
 imo qd plus est: manifestū est qd spēs z genera z accīnia vniuersalia  
 sunt infinita multitudine vel simpliciter vel serēz sunt adhuc diuer-  
 sa: ergo satis mtrandū est qualiter scientia istoz: ita diuersoz ingre-  
 diatur vnam scientiā simplicē. pōt ergo argumētū cōtra eos cōpo-  
 ni in hūc modū: deus non scit singularia: eo qd sequit vario modo sue  
 substantie: eo qd variato scibili variat scia: z variata scientia variantur  
 sciens. Neqz pōt scire vna: qm vniuersalia sunt multa z diuersa: scd  
 diuersitas scibilium diuersificat scientiā vt dicunt. ergo non pōt scire  
 vna scia. pns est fallum. ergo deus neqz vniuersalia neqz particularia  
 scire pōt. ergo deus non scit nisi se. z sic redibit opinio ppariter eoz

iptra quā dicit. obicit vt p3. Quare si deus pōt scire vna vna scientia  
 quāscūqz illa sunt diuersa: et nō est abnegandū ipm scire singularia  
 vna scia numero sine mutacione eius: z hoc argumētū est vniuersali cō-  
 tra dicit. C Sed ambiget qd circa verbū Alg. an quidē relatio possit  
 attribui alicui nulla mutacione facta in ipso: z dico in ipso qm sine vni-  
 uersali relatio oīs noua est vel pp nouitates in ambobus extremis vel in  
 altero vel in aliquo tertio alio ab eis: vt dicitur. inquit. 8. phy. cō. 6. 7.  
 2. 2. 9. Joā. ian. in lib. phy sic. qmōis sol. dicit. z ingt qd relatio realis  
 nō pōt esse in aliquo de nouo tanqz in subo nulla. pntis trāsmutatio-  
 ne facta in ipso. scd3 ingt qd relatio bene pōt attribui alicui tanqz ter-  
 mino nulla pntis trāsmutacione facta in eo vt exēplo ppare nitit.  
 hoc vide. pūmū pbat: qm sicut de qūitate: ita de relatiōe: qz qūitas nō  
 pōt attribui alicui tanqz sbo nulla mutacione facta in illo. qz nec relatio  
 pōt attribui alicui vt subiecto qu in se illi mutatio. adhuc nulla scia  
 realis positua pōt alicui subiecto attribui nulla mutacione facta in  
 illo: a quo em esse distinguit: scd3 relatio est forma realis particularis  
 distincta re z cē a subiecto. ergo vt pūmū. Adhuc oīs forma qua acqui-  
 sita res que subest illi aliter se h3 qd prius acquirunt mediate aliqua  
 mutacione scd3 relatio est h: mōi forma vt cōstat. quare zc. C Sed mōi  
 ei qd Joā. errauit multū in hoc. si enim relatio est aliqua forma posi-  
 tua distincta sbo rem a fundamēto z terminotūc ad ipas nō tantū  
 esset mutatio: imo z verus motus. pntiam probō. z accipio qd for. sit  
 albus vt octo rome: p adue vero plato incipiat albescere. tūc arguo.  
 sicut successiue albescit: ita successiue assimilatur magis a magis. ergo  
 sicut per partē post partem albescit: ita per partē post partem assimi-  
 latur. ergo si similitudo sit forma positua altera ab albedine: tunc  
 sicut albescit est motus: ita z assimilari erit mor3. Scd3 pncipaliter  
 arguo. Au. r. 6. phy si. cōmen. 32. voluit qd omne qd mouetur siue mo-  
 tu diuisibili siue in diuisibili sit per se diuisibile: z rationem dicit. qm  
 omne qd mouetur motu in diuisibili mouetur motu in diuisibili: qm  
 mutatio est terminus extrinsecus motus veri. arguo modo sic. omne  
 quod mouetur motu diuisibili vel in diuisibili est partibile: scd3 om-  
 ne qd recipit relationem nouam: mouet vel motu diuisibili vel in di-  
 uisibili. ergo omne recipiens relationem nouam. erit partibile. con-  
 clusio est cōtra omnes: forma enim qm sit apud ipsos est in diuisibilis:  
 z in relatione noua referē ad agēs adhuc intellectus apud ipsam re-  
 latio noua referē ad intelligibile: z nō non est diuisibile. tertio dicitur.  
 4. phy. cō. 12. 9. voluit qd oīs motus subitus sit terminus alicuius mo-  
 tus successiui: vt illuminatio: qz receptio relationis realis in subiecto  
 nō est terminus motus successiui: vt p3. ergo non est mutatio subita.  
 Ideo aliter dicē dū puto em doctrinā dicit. z dicit. vbi dicit scire  
 qd ablatu actu intells i relatiuis nō est formalis relatio. quē admodū  
 em ablatu actu intellectus in re nō est nisi in diuisibili: sic ablatu actu  
 intells in relatiuis nō sunt nisi fundamēta actu que sunt potētia rela-  
 tiuis: per animam aut inuicem actu referunt. ergo relationes viden-  
 tur esse entia in anima. z scd3 in intellecta: z hoc est qd dicitur. ait. 12. me-  
 12. cōmen. 19. inquit enim relatio est vbi oīs est alijs p dicitur. et  
 ita qd quidam reputant ipsam esse ex se oīs intellectus. i. ens rationis.  
 Scd3 dicit scire qd oīs relatio potēntialis extra aīas cōsequit aliqd

Dubitatio.

pō Joā. iando.

Erro: Joā.

pō ppaia.

qđ acquirif per motū vel in se vel in suo correlatiuo vel in tertio. v. g. socrates albus vt octauo fit silis platonī ppter mutationē platonis ex nigro in albū: vel ppter vtrūq; si ambo albeant: vel pp tertium: vt Zuer. ait. 8. phy. loco suo. vniuersali aut vico qđ cā pot' referri ad effectū nulla penitus facta mutatione in cā: qm cā nō refert ad effectum per se: sed qm effect' refertur in cām: z iō cā nō refert ad effectū nisi eadē relatione qua refert effectus ad illam. ¶ Tunc dicendū qđ potest est relationē aduenire alicui subiecto. vel attribui alicui termini nulla maratione successiua nec subita facta in subiecto. Sed eo/ eo qđ potest est vna z eadē scia sciri scibile qđ successiue variat de tpe in tēpus. p̄mū manifestum est qm relatio potētiālis nihil aliud est nisi fundamentū: vt dicitur in modo stat fundamentū remanere idēz relatione acquisita in potētiā. Adhuc relatio actu fit p̄ animā: s̄z nōz rationis nō mutat rem: ergo p̄ primā verbū. ¶ Rursum p̄ scdm: qm fm Alga. z Zuer. scia dei est cā rei: quare illa nō refert per se ad scibi lesed potius scibile refert ad illā: sicut ergo nulla mutatione facta in deo nunc dicitur agens z prius non. sic nulla mutatione facta in deo deus dicitur sciens sorem existentēz nunc: z per eandē forte fuisse: et ipsum sorem qm iste relatione referunt in deū: z deus ad relatiua illari tunc quēadmodum scibile variatur sic z scia: qm vbi esset causata a scibili scia per se referret ad scibile: z cōtra scibile ad sciam per acci/ dens: vt Arist. ait z Zuer. 5. meta. cō. 20. Qđ igit relatio possit deno/ minare subiectū nulla mutatiōe penitus facta in eo: Et qđ deus sciat entia fm variationē temporū: z nulla cōingat variatio in eius scia sit dicitur intantū. Argumenta Joā. nihil sunt: omnia enīz supponunt fundamentū distinguim rem a relationibus: z illud nō est p̄batum ab eo neq; modo est p̄ntis sermonis.

A VERROIS.



**A**d dicim' qđ oēs iste ambages sunt: z oriū/ tur assimilādo diuinā sciaz humane scie qđ fm veritatē nō cōicāt nisi equoce. Cōprehē/ sio enī humana est cōprehēsiō a sensib': neq; cōprehēsiō indiuiduoz: z cōprehēsiō vni/ uersaliū entiu sumit ab intellectu: z iō non est dubiuz qđ cōprehēsiō imitatur cōprehēsiōū mutationē. vñ dicim' qđ respōdendū est sibi qđ potest est hic esse sciam cui talis est cōparatio scibilitū sicut est cōparatio relationum que in seipsis essentialr nō sunt relationes: sicut est dextra z sinistra in habentibus eas.

¶ Zuer. videt hoc in loco quasi rñdere argumēto Zui. sub mō apertioris z ingt. dicimus nos qđ oēs iste ambages sunt: z ponit locum a quo sunt sumptē. z ingt. z oriūm assimilādo diuinā sciam humane scie qđ fm veritatē nō cōicant nisi equiuoce: z hoc declarat. d. cōphē sio. n. humana est cōprehēsiō a sensib'. i. cāta a reb' sensibilib'. v. g. cā

prehēsiō indiuiduoz: z iterū cōprehēsiō vlium entiu sumit ab intel/ lectu. i. causat a rebus sensibilib' mediante intellectu agente. vult qđ habere sciam nostrā causari aliquo mō a rebus scibilibus: z per p̄na scia dei est cā reruz: tunc ad formā ingt. z iō nō est dubiuz qđ cōprehē sio imitat mutationē cōprehēsiōz. i. qđ variat nostra scia p̄nea va/ riationē scibilib' z nō econtra. (Tunc dicimus) Nunc vltimus quāsi clarādo adhuc ponit modū quō est scia dei. d. vñ dicimus qđ sibi. i. Zui. respōdendū qđ potest est hic esse sciam. i. esse in mūdo sciaz in ali qđ sciete cui talis est cōparatio scibilitū. i. ad quē formāl' cōparant scibila: sicut est cōparatio relatiuoz qđ in seipsis nō sunt essentialr re/ lationes. i. qđ nō sunt relatiua p̄ se: s̄z p̄ acciōes: qđ alia referunt ad ipsa sicut est dextrā z sinistrā in hñtib' ea. i. in aiali respectu sup. colūne. ¶ Bebes scire qđ scia nostrā: qđ causat a rebus scibilib' iō ipsa refer tur per se ad scibile: z qđ scibile est cā scie nostre: iō nō refert ad sciaz nostrā: nisi qđ scia refert ad ipm. vt Arist. ait. 5. meta. scia vero dei est ecōtra. ipsa enīz cū sit cā scibilitū iō nō refert ad scibilitū nisi qđ scibi/ lia referunt ad eam: sic per accidens vult ergo dicere Zuer. qđ scia dei se habet ad scibilia sicut colūna: qm sicut colūna est dextra vel sinistra: qđ animal est hñd: sicut sciētia dei est relatiua. s. p̄sens vel p̄terita vel futura: qđ scibile est illius modi. z sic p̄ perfecta sol. ar/ gumentū Alga. z Zui. ¶ Ambiges: quoniaz Zuer. 7. phy. ingt. cō. 20. cognitio fit in nobis quādo trāsmutat' per receptionē particula/ rium z cōsiderationē eorum: qm cum cōsideramus particularia fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis fm relationē ad illa. s. qđ apud nos fit ex aliqua specie p̄sens plus qđ vnum particulare: statim fit in nobis species vniuersalis absq; eo qđ in ipsa fiat trāsmutatio. Ex hoc arguo. illud qđ fm se z essentia p̄tiam est permanēs: z nō variatur nisi relatiue nō est causatū a scibili. modo Zuer. dicit sciam non cau/ sari nisi relatiue: quare zc. Hoc habet videri in libro de intellectu. ¶ Trāmen p̄nunc dicendū fm hunc p̄m scientia nō fieri de no/ uo simplr: sed habitudine ad nos: p̄out enim nos per indiuidua cō/ gitata disponimur: applicatur intellectus fm vniuersalia illius vel illorum. ergo scientia est noua mihi nō intellectus sed vt est mihi no/ ua causat a rebus: z hoc sufficit. sed scientia dei nec in se: neq; alicui est noua: z ideo est simplr causa rerum: z tu nō potes intelligere hoc nisi videas librum de intellectu.

Notā

Dubitatio.

Solutio.

ALGA. DVB. III.



**A**t Alga zel. scds vero modus quo possum' obijcere eis talis est. v. g. quicūq; phozum dicat qđ deus vliā sciat oportebit eū cōcedere qđ ponat in eadē scia numerationē sp̄erū: vnde sic similt' p̄nt cōcedere numerationē scibilitū sue scietie in indiuiduis z comitantibus ipsozum. ¶ Proposuit Alga. cōtradidere Zui. duobus modis: cus qđ expedit de vno alterū aggredit' z ingt. scds vero modus quo possumus obijcere eis talis est. z exponit illū. d. v. g. qđ quicūq; phoz dicat qđ vliā sciat

oportebit eum cōcedere q̄ ponat in eadē sc̄ia numerationē sp̄eruz sc̄ibilitū in v̄lī. h̄z enīz dicere q̄ deus sc̄it h̄oīem v̄līem. lapidē v̄līem. & sic de alijs. Tunc arguit. v̄. vnde sic s̄līr possunt cōcedere numerationem suoz sc̄ibilitū sue sc̄ie in individuīs & comitātibus ipsoꝝ. i. acci- dentibus eoz. p̄t ergo argui in hunc modū: sicut multiplicatio sc̄i- bilitum v̄līum nō multiplicat sc̄iētiās vniuersales: sic multiplicatio sc̄ibilitum particularium nō v̄z multiplicare sc̄iētiā eoz: ergo argu- mentum Auzic. per huiusmodi est solutum.

AVERROIS.



Q̄s dicimus q̄ hec verba sunt sine dubio so- phisticatōes: q̄ sc̄ia individuoz sensibilia est seu ph̄atāia & sc̄ia v̄līum sumit ab intel- lectu. R̄rursus inouatio individuoz vel ip- soꝝ comitātū duo infert. v̄z. p̄mutationē cōprehēnsionis & ipsius numerationē. Et sc̄ia sp̄erum & generū nullā in- fert p̄mutationē: q̄m̄ inmutabilis est in se: s̄z v̄līs & parti- cularis cōcāt in numerationē: id vero q̄ dixit q̄ q̄cūq; p̄hoꝝ cōcedat q̄ vna & eadē sc̄ia gnā & sp̄es cōprehē- dat absq; multiplicatōe seu diuersitate cāta a generuz & sp̄eruz diuersitate. Dicim⁹ q̄ ducit necessario ad conce- dēdū q̄ vna & eadē sc̄ia cōprehēdunt individua & p̄tin- gētia cuiuslibet individui. & hoc s̄līe est dicto dicētis q̄ vnus est intellect⁹ cōprehēdēs genera & sp̄es. Quēad- modū oportebit q̄ vnū gen⁹ simplex sit cōprehēdēs in- diuidua diuersa. Dico q̄ oīa ista sunt verba sophistica- lia: nomē. n. sc̄ie equocū est. S̄z q̄ dixit. v̄z. q̄ multipli- catio generū & sp̄erū infert sc̄ie multiplicationē. Dicim⁹ q̄ verum est: vnde veri ph̄i idcirco nō attribuūt deo be- nedicto sc̄iam in particularibus neq; in v̄lībuz: sc̄ientia nāq; que tales habet cōditiones est sine dubio intel- lectus passibilis qui causatus est: modo primus intellect⁹ est purus actus: & cā quare nulla d̄z fieri cōparatio inter diuinā sc̄iam & humanā. Q̄m̄ enīz alia nō intelligit ipa- sibilis est: & in quātū alia entia efficiūt. put ipse est prim⁹ est sc̄ia agens. Et declaratio p̄hoꝝ est hec: cū declara- tū fuit ab eis demratiue q̄ ipse de⁹ nō intelligit nisi seipz: ergo ipse est intellect⁹ necio: & q̄ est intellect⁹ in quātū

intellect⁹: iō ab ente aliquo depēdet: nō tñ ex p̄iuatiōe. vñ q̄cūq; fecerit de mōstrationē q̄ nullū aliud sit ens: nisi ista entia q̄ a nobis intelligunt: nō est ita: q̄m̄ necessaria de mōstrationē declarat q̄ intellect⁹ aliq; est qui depen- det ab ente: a p̄iuato enīz impoē est q̄ depēdeat: neq; hic aliud ens reperiat: & iō opz q̄ intellect⁹ depēdeat d̄ aliquo istoꝝ entū. Tūc aut depēdet d̄ eo modo depē- dentie nostre sc̄ie in eis: aut nobiliori mō. p̄imū est sal- sum: remanet ergo q̄ dei sc̄ia depēdeat de ente mō no- biliori nostre sc̄ie: dependentia. n. sc̄ie nostre est q̄m̄ res equatur ad intellectū: vnde si dei sc̄ia nobilior est nostra ergo depēdet de ente mō nobiliori quo nostra sc̄ia de- pendet de ente. & si sic: ergo ens duas h̄z entitates. vna nobilis. alia vero vilis: & nobilis cā est vilis: & hoc ē id q̄ dicebāt aliqui antiquoz. v̄z. q̄ deus est omne.

Cū in dicit sc̄m̄ modū Alg. cōtra Auz. hoc in loco vult videre qd veritatis cōtineat: & qd nō. & inqt. dicim⁹ nos q̄ hec verba sunt sine dubio sophisticatōes. & rōnē reddidit. d. q̄ sc̄ia individuoz est sensibi- lis. i. sensatio seu ph̄atāia: & sc̄ia v̄līum est ab intellectu. p̄imuz ergo peccatū Alg. est: q̄m̄ ipse nō bñ accepit locus s̄litudinis: q̄m̄ sc̄ia dei circa v̄līa est intellect⁹ & sp̄ualis. Nostra vero circa indiuidua est sen- sus & imaginatio: s̄ hic est loc⁹ sophistic⁹ penes equocationē sumpt⁹. (R̄rsum) Cum oñdit locū erroris: vult hoc illo oñdere in quo acce- pit s̄litudinē. & inqt. rursus inouatio in diuiduoz vel ipsoꝝ comitā- tum duo infert. v̄z. p̄mutationē cōprehēnsionis: & numerationē ipsi⁹: vult dicere q̄ variato indiuiduo variat & cōprehēnsio ei⁹: & et numera- to illo numerant & cōprehēnsiones: & sc̄ia sp̄eruz & generū nullā infert p̄mutationē: q̄m̄ inmutabilis est in se: s̄z oīa est: ponit tñ p̄uentiā. d. s̄z v̄līs & particularis cōcāt in numeratōe. i. p̄ueniūt penes numerū: q̄m̄ numerato sc̄ibilitū in v̄lī numerat & sc̄ia: s̄z sc̄ia rei v̄līs & indiuidui cōcāt & differūt. cōcāt aut quidē: quontā quēadmodū sc̄ientia in di- uidiū multiplicat multiplicato sc̄ibilitū: sic & sc̄ientia vniuersalis multi- plicatur multiplicato vniuersali. Differūt aut q̄m̄ sc̄ia v̄līs est inna- riabilis: q̄m̄ est rei inuariabilis: & ab intellectu q̄ est inuariabilis. Cōpre- hēnsio indiuidui est mutabilis: q̄m̄ est rei trāsmutabilis & in porētia trāsmutabilis: sic v̄z locus s̄litudinis & locus v̄lī s̄litudinis. (Ad s̄o) Hoc in loco narrat oīa v̄ba Alg. sedo ibi. Dico q̄ oīa. Oñdit in q̄ errauit. inqt. s̄z id vero q̄ dixit q̄ q̄cūq; p̄hoꝝ cōcedat q̄ vna & eadē sc̄ia de cōprehēdat gnā & sp̄es absq; multiplicatōe cāta a diuersitate generū & sp̄eruz: & ad q̄ dicit Alg. sic dicim⁹ q̄ ducit necio ad cōce- dēdū q̄ vna & eadē sc̄ia p̄nt cōprehēdi indiuidua & p̄tingētia. i. accētia cuiuslibet indiuidui. & addit Alg. q̄ s̄ dictū s̄līe ē dicto dicētis q̄ vn⁹ est intellectus cōprehēdēs gnā & sp̄es: quēadmodū oꝝ q̄ vnū gen⁹ simplex

fit cōprehēdēns. i. cōrīns in fluidua diuerfa. hec fuit fua Alga. & vr  
 ba fua que dōz legi fūpēfīue vſq; huc. (Dico q̄ oīa) Quibus tñ det. d.  
 dico q̄ oīa ita fūnt vrba fophiſticalia: & rōnes redit. d. nomē n. ſic  
 eguocū eſt. ſ. de ſcīa ſingulariā & vltimū dicitū. ¶ Debes ſcīre q̄ ibi eſt  
 multiplex locus eguocatiōis: vnus quidē ſumptus penes p̄fectū &  
 imp̄fectū. ſcīa enīz vltimū eſt p̄fectior eſſentialr ſcīa ſingulariū. Secū  
 dus penes cām & cauſatū: quonīaz ſcīa vltimū vr quodāmodo eſſe cā  
 ſinalis & vltima ſcīe particulariū: ſcīa. n. ſingulariū ordinat ad ſcīaz  
 vltimū vr Zuer. dicit in tercio cō. 30. & cō. 6. & 5. Tertius gradus eſt pe  
 nes oīas qm̄ cōprehēſio in diuiduoz eſt ſenſitiua. cōprehēſio vltimū  
 eſt intellectiua. Quart⁹ eſt penes genus: qm̄ generabili & p̄petuo non  
 eſt vnū cōe genus: vr Zuer. in gr. 10. meta. cō. vltimo. ergo ſcīa vltimū  
 & ſcīentia indiuiduoz ſimplr & penitus eguivocant ſub nomine com/  
 prehēſionis: & cū res ſit ita: verificatū eſt dictum Zuer. cōtra Alga.  
 (Sed id q̄) Cum cōtra dixit et in duob⁹ principālī. hoc in loco oſten  
 dit id in quo bñ dixit. & in gr. ſed id q̄ dixit. v3. q̄ multiplicatio gene  
 rum & ſpecierū in ſcīe multiplicatiōe. i. diſtinctione ſcīen/  
 tię. dicitur q̄ verū eſt hoc oñdit teſtimonio. & in gr. vnde veri p̄bī. i.  
 p̄rip̄arhetici idcirco nō attribuit deo benedictio ſcīam rerū in par  
 ticularibus neq; in vltibus: & reddit cām. d. ſcīa nāq; que tales habet  
 cōditiones: quas ſup. habet particularis & vltis ſcīe eſt ſine dubio ſp/  
 ſius intellectus poſis qui cauſatus eſt ſup. a rebus intelligibilib⁹ ali  
 quo modo: vr ſam dictū eſt: diſputatiōe tertia. modo diuinus intelle  
 ctus eſt purus actus: & cā. p̄pter q̄d inſert quare nulla d̄ fieri cōpa  
 ratio inter diuinā ſcīam & humanā. eſt q̄ ſylls: inter cām & cātū nō d̄  
 fieri cōparatio maxie qm̄ ſunt eguocē dicta. ſ3 intellectus dei & noſter  
 intellectus ſunt ſicut cā & cātum eguivoca cālitate: ergo nulla debet  
 fieri cōparatio. p̄pōnes hui⁹ ſylli ex verbis eius pat̄r. (Quonia. n.)  
 Ex his oñdit nām intellect⁹ diuini. & in gr. qm̄ enīz alia. ſ. entia extra  
 ſe nō intelligit. ſ. recipiēdo cognitionē ab eis impaſſibilib⁹ eſt. i. nō re  
 ceptiuus. & in quantū alia entia efficit put ipſe eſt prius: vr ſic eſt ſcī  
 tia agens: & ergo deus nō eſt intellect⁹ poſis: ſed forte eſt intellect⁹ agēs:  
 vr Zuer. hoc in loco dicere videt. ¶ Debes ſcīre vt. 3. de aīa. dictum  
 eſt. cō. 14. q̄ oīa intellect⁹ intelligēs aliud & diuerſus eſt recipiēs qm̄  
 oē intelligēs aliud p̄fici ab intelligibili: oē q̄ p̄fici ab intelligibili eſt  
 receptiuū: & qdāmo in potētia reſpectu illius: ſ3 p̄ta figuratōe intelli  
 gēs aliud ē receptiuū & in potētia: & ſo cōcludit Zuer. ibidē. q̄ nulla  
 intelligētia eſt liberata a potētia receptiua p̄ter primā: qm̄ quibet in/  
 telligit aliud: vr cō. 5. etiā dixit. deus ergo eſt intellect⁹ nō intelligēs  
 niſi ſe. & p̄ p̄ns nō niſi intellect⁹ agēs (Et d̄claratio) Quonia. Zuer. ac/  
 cept⁹ q̄ primus intellectus eſt cā intellect⁹ noſtri. ideo primo oſtendit  
 duos eſſe intellect⁹. ſcō ibi. (Unde aur) Ponit oīam illorum. tercio  
 ibi (Et ſi ſic) Concludit p̄pōnē. ſ. q̄ prim⁹ intellect⁹ eſt cā niſi itellect⁹  
 in gr. & d̄claratio p̄pōz eſt bec. cūz d̄claratū fuit ab eis d̄moſtratiue  
 q̄ ipſe deus nō intelligit niſi ſeipm̄: tūc hñt cōclonē. ſ. q̄ ipſe eſt intelle  
 ctus neceſſario: tūc oſtēdit quō intelligit. d. & q̄ eſt intellect⁹ in quantū  
 intellect⁹ d̄z ab ente aliquo. i. oīno cōparat ad ens ea cōparatiōe qua  
 intelligēs cōparat ad intelligibile: nō tñ d̄z depēdere ſup. ex puatiōe  
 idē d̄z intelligere rē in puatiōe cōſiſtētē. ſ. entia gnābilia. Et debet  
 ſcīre

Nota.

fire q̄ hic eſt vnus. modus loquēdi arabū. dicit. n. agēs depēdere  
 de actiōe: qm̄ agēs agit illaz vr p̄z in viſu verbor⁹ Zuer. & meta. cō.  
 31. & alibi. ſic in p̄pōſito intellect⁹ depēdet de ente. i. verſari ipſuz cīr  
 ea eis intelligit. (Unde quicūq;.) Et q̄ ſra eſt: cōcludit peccatū anti/  
 quozū qui genus entū ſeparabiliū abſtrūdūt: ſicut epicuri⁹ & tenē/  
 re ſenſum eē intellectū. & inquit. vnde quicūq; ſicerit demonſtratio/  
 nem q̄ nullūz aliud ſit ens niſi iſta entia que a nobis intelligunt. i.  
 q̄ nō eſt niſi genus entūz ſenſibiliūz. Dicendū ſup. eſt q̄ non ſit itaz  
 qm̄ neceſſaria demonſtratiōe d̄clarat q̄ eſt aliquis intellect⁹. ſ. ſepa  
 ratus a materia qui depēdet de ente. i. qui intelligit: ens enīz p̄o qm̄  
 a puatiōe. i. ab ente variabili impoſſibile eſt vt depēdeat. ſed omne  
 ens aut eſt puatiō aut ens abſolutū: p̄ q̄d dicit neq; h. i. in mundo  
 aliud ens reperitur niſi. ſ. abſolutū aut puatiō. ideo op̄z q̄ intel/  
 ctus depēdeat de aliquo iſtorūz duoꝝ entim. ſ. aut puatiō aut ab/  
 ſolutū: cum non de puatiōe: ergo de abſoluto. (Unde aur.) Nunc  
 oſtendit differētia illōz duoꝝ intellectuū. d. vñ aut depēdet de eo. i.  
 ente mō depēdet ētie noſtre ſcīētie in eis que intelligim⁹: aut nobilitā  
 mō. primū eſt falſuz vt p̄z. remanet ergo q̄ dei ſcīa depēdet de ente  
 nō nobilitā noſtre ſcīe: depēdet ētia. n. noſtre ſcīe eſt qm̄ res equat ad  
 intellectū. ſ. p̄ficiet ipſuz in genere cauſe formalis: vñ de. i. ergo ſi de  
 ſcīa eſt nobilitā n̄ra: ergo depēdet de ente mō nobilitā. (Et ſi ſic.)  
 Et tūc cōcludit peccatū antiquoz a d̄ p̄pōſitū. & inquit. & ſi ſic. ergo  
 ens vnas h̄z id ētitates: quartū vna eſt nobilitā altera vero vltis: & tūc  
 inquit. & nobilitā eſt cā vltis. quare ſup. deus eſt cā oīuz intelligibiliū  
 & intellect⁹ noſtri: & p̄t ſyllus ſic cōponi. oē nobilitā p̄ entiaz & pur  
 itelle cā vltis ente puatiōe & p̄cipate: ſed de⁹ eſt nobilitā p̄ entiaz:  
 & hec ſunt puatiōe & participatiōe. ergo deus eſt cā oīum: & tūc veri/  
 cat dictū antiquoz: dicitur: hoc eſt illud q̄ dicebat aliq; antiquozū.  
 vr Parme. & Zechilus. v3. q̄ deus eſt oē. Inquit. n. Zuerri⁹ poeta  
 vetuſſim⁹: oīs per ſe diuī nā neceſſe eſt. Immoſtali euo ſumma cū  
 pace ſuat. & Lucan⁹. Juppiter eſt q̄d cūq; vides & l. & multi alij anti/  
 quoz quos narrauit ſupius. hoc ergo Zuer. viſcot nūc volēs eos itel  
 ligere deū eē oē: put eſt cā oīuz p̄ntēs in ſe p̄fectiōes oīuz: vr Plato  
 d̄clarat in lib. Parmenidīs de vno oīum reꝝ p̄inct⁹ ſo.

ALGA. DVB. IIII.



Et Alga. nos promiſſimus d̄ctaz op̄intones  
 repr. obare duobus modis: quozūz primus  
 oſtēſus eſt. ſcōus vero hic eſt. Dicemus eis  
 quare vobis cauētis q̄ ipſe deus ſcīat parti  
 cularia: q̄ ſi dicatis q̄ talis ſcīētia inſerat permuratiōē:  
 & nos ſam op̄inati eramus q̄ hec ſpecies permuratio/  
 nis nō aufert ab eo demonſtratiōē: qm̄ enīz dicebāt an/  
 ſiquitus aliqui q̄ ſcīentia innouatarū rerū eſt noua nō  
 ſuit eis reprobatū: niſi qz id q̄d permurabile eſt ſepiſſi/  
 Deſtructio deſtruc. Zuer. k k k

me patitur mutationes: et illud quod sic se hz est nouus non antiquus: sed apud nos qui opinati sumus quod mundus est ab eterno: et quod semper est permutabilis: non deberet esse inconueniens id quod dictum est et c.

Quia Alga. scit quod dicitur pmissum: ideo nunc vult illud exequi. et primo inquit. nos pmissum dicitur opinio est reprobare quod modum: quorum pmissum ostendit. sed vero sit huc dicitur. (Dicemus eis.) Promissum absolutum. et inquit. dicemus eis: quare vobis cauetis quod ipse deus sciat particularia: hec est Alga. a phis expositio. Et statim apponit ratiocinatum et inquit. quod si dicatis quod talis scietia in se permutatio est. i. quod si causas reddantur: quod si sciens in diuisa est permutabile: deus non est mutabilis. ergo in se figura deus non sit in diuisa. obicit statim: et inquit. si sup. sic dicatis. et nos sup. ratiocinatum quod opinati eramus quod hec permutatio non auferat ab eo demonstratiue. et dixit (quod hec permutatio noua est.) Quia hec alteratio est periclitata: et in re veritate deo non conueniat: nisi demonstratiue non potest probari deum illa carere. ut videtur sum est loco suo. et hoc exponit. dicitur enim dicitur antiquus: aliqui per scietia inouatarum rerum est noua: non fuit eis huiusmodi permutatio in deo eis quid reprobati. apponit tamen que permutatio deo incompetens est. dicitur. nisi quod id quod permutabile est sepius patitur mutatione: et illud quod sic se hz est nouus non antiquus. Vult ergo dicere quod talis permutatio est ei incompetens que ponit ipsius sepius variari: quia illud quod sic se hz est nouus: cuiusmodi non est deus. Apponit modo sol. et inquit. sed apud nos sup. phos qui opinati sumus quod mundus est ab eterno: et quod semper est permutabilis in partes non deberet esse inconueniens illud quod dictum est et c. Debes scire quod si dicatur mundus esse nouus non potest dici deum variari de comprehensione in comprehensione: ut Alga. inquit. quia huiusmodi mutatio reddat deum inouari. Sed si apponatur mundus eternus variabilis: tamen in partes conueniunt omnino per singulos deus variari alteratio de vna scietia in altera. quia semper sicut mundus remanet id est numerosus et deus. Ecce quod Alga zel obicit phis: sed quod sit istud in sol. Auer. apparebit.

Nota.

AVERROIS



Os dicimus quod horum verborum sententia est quod ipse altercauit cum phis iuxta ipsorum dicta: non iuxta quod res se habent in se: et ait sic. Vos ponitis vnum antiquum in quo nouitates perueniunt. hoc est: cur ergo negatis quod primum antiquum. sed deus nequeat nouitates pati: nam aliqui loquentium hoc negarent: quod quicquid sic se haberet: esset necessario nouum. Et nos dicimus quod hec altercatio est dialecticalis: quedam enim sunt nouitates que in antiquis subiectis non ad-

ueniunt: ut que permutant sibi substantias. sunt et nouitates alto modo. videlicet quod non mutant substantiam subiecti: ut motus et locus mobilis corporis: et splendor effulgentium corporum. et sunt aliqua entium antiquorum que motus aliquid non patiuntur: neque aliqua in nouantur: ut sunt intelligentie. sunt etiam aliqua que motus passionem recipiunt: ut oves que sunt corpora antiqua. Ceterum delectatis igitur istis patet aperte quod Alga. altercatio nihil fuit: quod phos in sententia est de antiquo incorporeo. Post vero dicitur altercatione redarguit eos alto modo dicens. Et si forte cauerent sibi phis concedere quod deus habeat nouas scietias: quod illa scietia non euaderet quin esset seipso: aut ab alio. si a seipso. ergo nouus procedit ab antiquo: quod nos negamus. Dixit Alga. nos vero dicimus quod huiusmodi vos noua procedit ab antiquo: ut supra dictum est de corpore supercelesti: quod est antiquus apud eos. Nos vero dicimus quod phis facile possunt euadere a redargutione Algalis hoc modo videlicet. quod nouum nequit ab antiquo procedere absolute: sed bene procedit ab antiquo in se: quod est nouum in suis motibus: ut corpus celeste. quod corpus supercelesti reputatur apud philosophos tanquam medium inter antiquum absolute et nouum absolute: quod quodammodo est antiquus: quodammodo vero est nouum: et istud antiquus est sine dubio motus supercelestis qui apud eos est antiquus in specie: nouus quoque in partibus: et ideo in quantum est antiquus procedit ab antiquo: et ratione suarum partium procedit ab eodem infinite nouitates: quare notandum est quod phis sibi cauent attribuere prime cause nouitates: quod non est corpus: et nouitates non veniunt nisi in corporibus: receptio enim non reperit nisi in corpore: quod id quod nudus est ab omni materia nihil recipit.

Nunc Auer. exponit verba Alga. pulchre. et inquit. dicimus nos quod horum verborum sententia est quod ipse altercauit cum phis iuxta ipsorum dicta. et quare ad ea que concedunt: non iuxta quod res sic se habeant in se. i. non est substantia absoluta. et ait sic. vos ponitis vnum antiquum in quo nouitates perueniunt. i. quod adhuc subest nouis motibus. hoc est. corpus celeste motum eterno motu. Cur ergo negatis quod primum antiquum scilicet deus nequeat nouitates pati: nam aliqui loquentium hoc ne-

De theolo-  
gouz.  
De pipar-  
teozuz.

